litur hec pax interioꝛ reditq̄ȝ cola
phiſatio tentationis cuſtos humi
litatis. quo caſu ſufficiat grā dei
Nec more generatōis praue et ꝑ/
uerſe ꝯinū ſibi deuotiōis ſignum
q̄rat ¶ Monachus ¶ Ecce relabi/
mur in id qđ ab initio queſituȝ eſt
qua rōe poterit aliq̄s quicq̄ȝ ag/
gredi ſub dubio ꝯſtitut' an agat
recte ſi ex interiori ꝯſcientie motu
ſufficiēs certitudo nō habet͛? Pe/
ribit deniq̄ȝ om̄is ars diſtinguen
di veras a falſis immiſſiones ꝑ/
phetias aut reuelationes ¶ Uo/
lucer ¶ Habes ſup hoc vltio ſcri
pta nō pauca ꝑegrini nr̄i Primū
vero reſpctu eoꝛū que futura ſunt.
de p̄teritis quippe iaȝ diximus ſic
obſeruare ꝯuenit vt non reputet͛
culpa vbi culpa nō ē Alioq̄n cau
ſatur erronea ꝯſcientia cū quā
ſi q̄libet attentet͛ fieri iam culpa
eſt ſi fluctuet animus Preterea ſub
hac dubitatiōe velut ad vtrūlibȝ
neſciēs quid acturus ſit ꝯciliū eſt.
vt ſi agat q̄m exponēt ſe diſcrimi/
ni q̊ caſu cētū hēat ꝙ peccat Uis
igitur quicq̄ȝ ſecurus agere. cert'

ſis illud eſſe bonũ neq̃ virtuti cõn/ riũ Sed refert q̃ certitudie. ſufficit nempe certitudo moralis qualez vocauimus vt vel non ſis in pcc̃o dum facis quod in te eſt aut ſaltẽ pcc̃m non incurris nouũ p temeri tatẽ exẽpli gr̃a celebrandi. orta ẽ eni ex diligẽtia tue p̃parationis ex/ cuſatio Ceterũ moralis hec certi/ tudo p doctrinam colligit̃ altero triũ modoꝝ vn⁹ pueniit ex alteri⁹ auc̄te Alter ex ꝓpria eruditiõe Ter tius ab experimẽtali ↄſuetudie Sub p̃mo viuũt incipiẽtes et aiales ſb ſc̄do pficiẽtes et rõnales ſub ter/ tio perfecti et ſpũales Conſonat ph̃s tradẽs tres hoim maneries ad doctrinaz inueniri Pauci p ſe ipos dociles ſũt ꝓpter claram ſue ↄplexiõis armoniã. addo vel aliã gr̃am ĝtis datã q̃ facilit̃ agenda ↄcipiũt. ſcp̃turas (vt Aug⁹) itelli gũt Multi p alios erudiunt̃ recipi entes ab eis intelligẽtiã ſcp̃turaꝝ aut ſi neq̃unt credũt ſaltẽ dicẽtib⁹ et obediunt Tertiũ gen⁹ deſpatũ eſt ad doctrinaz q̃ neq̃ doceri pñt neq̃ docẽtib⁹ aſſẽtire volũt q̃bus relictis (ſũt eni pl⁹ diſcoli q̃ mlta ex brutis q̃ per hũanã domant̃ in duſtriã vt canes vt equi vt ſymee vt aues aliq̃) fiat p̃mo de r̃liquis puta q̃ religionũ inſtituẽdaꝝ p̃n/ cipalis cã fuit auc̄tas regiminis cui magis obediẽtia p̃ſtaretur q̃ ꝓprie rõi q̃ in plĩmis dubia valde eſt debilis et incerta Preualẽ ſitr hz hec auc̄tas reſpc̄u iunioꝝ q̃rũ/ libet ad magr̃os vel parẽtes qm̃ iudiciũ ꝓprie rõnis vel nullũ vl im pfectũ hñt. H pitagore ſchola ſer uabat Sic iubet dñs dicẽs Inc̃/ roga p̃res tuos et dicent tibi. ma iores tuos et ãnũciabũt tibi Ma/ iores intelligo q̃ multis expientijs eruditi ſũt in agibilib⁹ hũanis q̃/ rũ iudicia tradit ariſt. eſſe recipiẽ/ da tanq̃ p̃ncipia ꝓpter multa vi/ diſſe Extendit̃ h ad eos q̃ reſpc̄u diuoꝝ ꝓpter ↄſuetudinẽ exercita/ tos hñt ſẽſus q̃les iã in ſolitudine ſibi viuere ſufficiũt Supeſt ſc̄s do ctrine mod⁹ ꝓpoſito nr̃o viciniot vñ ſumit̃ in agẽdis ſufficiẽs ⁊ mo ralis certitudo Orit̃ modus iſte nutrit̃ q̃ ex ſtudioſa pſcrutatione diuoꝝ mãdatorũ q̃lem ſuadet ſa/ piens Que tibi p̃cepit de⁹ illa co/ gita ſemper et in plurib⁹ opibus eius ne fueris curioſus Et iteꝝ ni hil dulcius q̃ reſpicere in manda/ tis dei Hinc btm̃ dicit p̃s qui in lege dñi meditat̃ die ac nocte cuz ceteris abſq̃ numero cadẽtib⁹ in hãc ſñiam Itaq̃ ſel' in ſcp̃turl. ſuis locut⁹ eſt deus. ⁊ id ipm ait Iob. nõ repetet qm̃ ſufficient̃ erudiũt ⁊ ↄſulũt. im̃mõ relegant̃ puro fideli et integro corde Maliuolis q̃dem et incredulis tenebroſior ĩñ naſcit̃ erroꝝ caligo q̃s in hereticis olim neſcio ſi ãplius ĩ hac etate per/ ſpicuũ fuit qñ cecutiẽtes facti ſũt multi circa fontes p̃ncipioꝝ mora liũ q̃ ſũt de p̃mis impſſionib⁹ na/ ture. q̃ rurſus digito ꝓprio ſcripſit de⁹ in tabulis lapideis ad indeli/ bilẽ memoriã · repetẽs ea tertio p fidei traditõez in euãgelio Itaq̃ lugere plangere q̃ ↄpellimur.

Tertium metrū quarti.

Enigma quamuis perferat
ſecum fides ¶Sua
Eſt a fonte tñ lucis origo
Per hāc ſophie veritas recondita
Quaz natura neq̄t inſinuaſſe patet
Reuelat ecce paruulis amans eos
Atq3 docēs ꝛ cū ſimplicib' gradit
Sui ſupbis mente cordis claudit.
Uult intellect' ſubſit vt omnis ei
Petitq3 ſenſus oms vt ſe deneget
Debet homo totus obſequiū dño
Par nempe beſtijs peccādo fact' ē
Indiget hinc fidei ſbdē colla iugo
Ut ambulet vite vias nec offēdat
Pandit q̄lis ſit finis habendus ei
Precepta rurſ' inculcat prius data
Naz mos puerſus obnubilarat ea
Uis ingredi vitā mādata oſerua
Roborat h decadē xp̄s i alta leuās
Si pma per ſe nota pcepta decem
Mēs ſcelēata docz falſa vl' ābigua
In his fides ſi ſit obſcurior plena
Meridie palpās amodo q̄d ſupeſt
Ieſu benigne quid pt magis tuaz
Exterius legem tradere ludibrio
Modos ꝛ reglas viuēdi deinceps
Quos his euerſis plebs tua ſuſci/
piet

Proſa .iiij. quarti

Hoc eſt h volucer Monachus
q̄ ſtomachabar nuper me/
cū dū theologiaz efferres vñ ſit q̄
nōnullos ex theologis experimur i
nllo meliores. vtinā nō deteriores
ceteris hōibus. ¶Uolucer Nolo
mōchc de aliena vita theologorū.
nec alioꝝ ſcrutator eē vel cenſor cu
rioſus. Hoc vnū credidi ꝑpt' qd̄ ꝛ
locut' ſū q̄ theologia nō admixta
fidei ſpei ꝛ charitati inflat ꝛ officit
queadmodū de phia romanoꝝ re
fert apl's qm̄ ꝑpt' ingr̄titudinez dati
ſūt ſup alios hoies in reprobū ſen
ſū. Cauſā reddit q2 cū cognouiſſēt
deū nō ſic deum glificauerūt. neq3
grās egerunt. Ingratitudinē vero
maiorē eſſe in cōtemptu vel abuſu
theologie q̄3 phie nēo dubitauerit
Propterea ſic apud Ciceronē ora
tor deſcribit q̄ ē vir bonus dicēdi
perit' Ita theologuz noiam' virū
bonū in ſacris lr̄is eruditū. nō q̄dē
eruditione ſoli' intellc̄s ſ3 mlto ma
gis affect' vt ea q̄ p theologiaz in
telligit traducat p iugē ruminatio
nē in affectū cordis ꝛ executionem
opis q̄tin' ſapia ſm nomē ſuū ſapi
da ſit in bonis ſuauit' et iocūde. in
malis ſtabilit' ꝛ acerbe. alioq̄n ta/
les inſtar Urie ferūt lr̄as damnati
onis ſue. dāt aduerſ' ſemetipſos ex
ore ꝓprio iudiciū pl' inficiūt exēplo
vite q̄3 inſtruant vbo doctrine Sa
cras deniq3 literas impudent' ſuis
inquinatis morib' ꝛ deſiderijs ſub
ſeruire compellunt. ſenſuz a ſanctis
patribus traditum diſtorquentes.
imo ſepe neſcientes. neſcia profecto
eſt pars magna taliū qui ſe theolo
gie pfeſſores iactitant ita vt expe/
riri ſtupor ſit Ideo q̄ppe theologiā
neſciunt q2 ſe curis alijs q̄tidie tra
dunt Eſto ſciant. vides queadmo/
dū ratio dos hominuz p̄clariſſima

vertit̃ reprobis ad ſuã aliorũq͛ꝫ p/
niciem. Uinũ quoqꝫ quanto meli⁹
tãto furioſiores eos qui ad ſobrie
tatẽ ipſo non vtunt̃/reddit. nõ vini
vicio ſed potantium. Dicta ſint hec
interim q̃tin⁹ animo tuo triſti mos
gereret̃ et ſolueret̃ queſtio facta ſi/
mul vt ea que de theologica ꝯſola
tione ſcribimus qualiter et a quib⁹
accipienda ſint vtiliter inſinuarem⁹
Cõfido in dño ꝙ apud idiotas ſo
licitos de ſalute ſua in quib⁹ eſt ſim
plex fides. certa ſpes. et ſuauis cha
ritas inſidebũt fructuoſi⁹ in animo
theologice ſententie( ideo non fru
ſtra ſũt)q͛ꝫ apd̃ repletos litteris gi
gnentibus ſcientiã illã quaꝫ inflare
dicit apl's Oculũ ꝟo q̃s neſciat q̃n
tũ turbat aut excecat inflatio? Sũt
alij minus culpabilit̃ neſcio minus
tolerabilit̃ errãtes quos ex doctri
na dũ moralẽ querũt certitudinem
nullũ lumẽ ratõnis mouet ad aſſen
ſum cuiuſuis agibilis. tñmodo ſa/
tis eſt ſi dicere potuerint hoc ſcri/
ptũ eſt. hoc talis doctor in lectura
ſua ſenſit. hoc alius ita poſuit. ſimi/
les aſpicientibus verſo ad ſolẽ dor
ſo ſplendorẽ eius in montib⁹ quos
ad aſpectũ ſolis nullus ſufficit oſtẽ
dentis digitus attollere. Cur ita?
Quia deorſum oculũ mergere ſoli/
ti ſũt vbi nõ aſpicit̃ ſol niſi circũuo/
lutus caligine Plane. lucis natura
neduꝫ ſenſibilis ꝫ intelligibilis ita
habet. vt quãto longius ab origi/
ne protendit̃ eo fiat debilior craſſi
or et ſubobſcurior. Propterea ſi lu
men intellectuale iugiter ad infima
ꝯſiderãda demergitur groſſeſcit ⁊
craſſeſcit quodãmõ ineptumq͛ꝫ red
dit̃ ſuperiora q̃uis lucidiora cõſpi
cere. Sed neqꝫ lumẽ veritatis acci
piunt iſti niſi circũuolutũ ſit quadã
veluti caligine traductionis huma
ne Monach⁹ Experimur id ſepe
quod dicis. Sed quid ꝓinde faci
endũ ſit inſinua Uolucer. Mo
nẽdi ſũt ab ingreſſu ſtudij non ita ſi
gere ſolã in ꝯſtitutionibus ſuis reti
nendis memoriã vt plurimũ mos
eſt q̃n exerceãt intellectũ rõnem q͛ꝫ
ꝯſulãt ex q̃bus ꝑncipijs vel morali
b⁹ vel theologicis originent̃ hmõi
ꝯſtitutiones Ita enim fiet vt collu
ſtrent̃ luie ꝑmoꝝ ꝑncipioꝝ ꝙ ſi vł
nolũt vel neq̃unt credãt illuſtratis
Recogitẽt inſuꝑ preſtantiã hũane
ꝯditionis q̃ ad hoc ꝯdita eſt vt to
tũ ſenſibilẽ mundũ q̃ ꝑ ſenſuũ por/
tas ingredit̃ imprimẽdo ſpẽs ſuas
atꝫ ſimulacra reducãt in primũ ꝑn
cipiũ deũ cũ quadã ſimplificatõne
et puritate Ita ꝓcedens a deo mũ
dus fit eo ꝯtinue vtilior i ſuis par
tibus q̃ longinq̃or ꝓut in elemẽtis
videẽ eſt ⁊ in ſolis lumie. Rurſus ãt
reddit̃ ſpũalior magis ac magl. ꝑ
opationẽ intellect⁹ agentis in fan/
taſmata corꝑalia. Ex q̃b⁹ elicit ſua
ꝟtute ſpẽs intelligibiles ſimplices
et incorꝑeas. Et ſic natũ ex carne
ſenſuuꝫ caro erat ſuo mõ ſic qđ na
ſcit̃ ex intelligibili ſpũ ſpũs ẽ Adeo
q̃dẽ vt nõ dubitauerit apl's dicere
Qui adheret deo vn⁹ ſpũs ẽ cũ eo

Hec operatio precipue ſpectat ad
eleuatos theologos exercitātes ſe
ad theologiam myſticā que per ab
negationem tendit in ſimplificatio/
nem. veruz quando veniendum eſt
ad agibilium tractationē oportet
rurſus in inferiora reſpicienda deſ/
cendere Alioquin fallerētur iſti mo
di ad primos cōtrario ſi lumini ꝑn/
cipiorum hererent adeo ꝙ conclu/
ſionum viſionem omitterent exem/
plo aſtrologi cadentis in foueam
dum anbulans reſpicit aſtra Deni
qꝫ perfectus erit qui ſtudioſa circū/
ſpectione verſabitur in vtroqꝫ. hunc
iuriſtā theologū et cuz theologo iu
riſtā iudicabo Quales fuerit primi
doctores ex quoꝝ ſentēcijs decreta
les decretaqꝫ ↄpacte ſē Monach⁹
Raros affert etas noſtra tales cau
ſā ſcire deſidero Wolucer Pau
ci tolerāt laborē ſtudij in multis vel
etas vel ingenium vel ſūptus non
ſuppetūt Euenit ꝑterea ꝙ miſtica a/
gar āncilla vidēs ſe peperiſſe habet
ↄtemptui ſaram dnām quā ſterilem
exiſtimat Rachel inſuꝑ fortaſſz lim
pidos hn̄s oculos irridet aliquan/
do mordacius ſororis lye lippitudi
nem cū ſe mutuo iure ſororio ↄueni
at honorare. iꝑam q̄qꝫ agar impe/
rio dn̄e ſue ſubijci dictatisqꝫ ꝑ eā e/
quū fuerat obedire. Subinde ꝑpen
dis difficultatē infinitaz quā habet
morale negociū dum proſequi q̄rit
quia nō ſatis eſt intelligere q̄d verū
ſit ꝛ quid rectum ſicut cadit ſub arte
tradē ſed particulares circūſtācias
q̄ variabiles ſunt neqꝫ ſub arte nez
ſub doctrina veniūt Circumſpicere
neceſſe eſt ſtatum in primis reipubli
ce cum moribus eam regētiū ſi iux/
ta ↄſilium ſoceri moyſi ſint viri po/
tentes timētes deū in quibus ſit ve
ritas ꝛ qui oderint auariciā neqꝫ ſit
apud eos ꝑſonaruz acceptio nec i
conſtantia neqꝫ deprauatum cōſili/
um Alioquin non exibit ab eis iudi
cium rectum q̄ztūcūqꝫ fuerit poſtu/
latuz niſi ꝓuiderit ex alto deus qui
ꝑ pueros ꝑ ii̇q̄s ꝑ bruta ꝑ dēones
ſepi⁹ exercuit iudicia iuſta Qua i re
thobias ore diuino locutus eſt duz
filio iuſſit conſiliū ſemper a paciēte
perquirere omni tempore bn̄dic de
um et pete ab eo vt vias tuas diri/
gat ꝛ omnia conſilia tua in ipſo per
maneant Que ſint autem ↄſilia dei
aperuit pſalmiſta loquens ei Conſi
lium meum iuſtificationes tue non
ita tamē vt humanum conſilium de
ſeratur quod vtique debet exiſtima
ri diuinum ſi rite humiliter ſi deuote
ſi obedienter fuerit inquiſitum Qua
le zelus feruidus et omnis generali
ter paſſio vehemens ſolet nec pete
re nec petito vel ingeſto credere
Mōach⁹ Omittam⁹ deiceps ea lo
q̄ q̄ ſub eruditiōe doctrinali nō vēi/
unt neque enim moralis certitudo
quantū ex dictis colligo poteſt ſub
vna r̄gula tradi que ſufficiat in om
ni caſu cōſcientiam agētis reddere
ſecuram ſe non deliquiſſe quod ex e
uentu rerum perpendi ſepius ſolet.
Wolucer Propterea cōſtitute ſūt
in figura Tres ciuitates refugij
fides ſpes et caritas continentes

lauacrum penitentie et emunitatis aſilũ quatin⁹ pax ↄturbata p ca q̄ ſe feciſſe formidat hõ reformet q̄ pax qualit̃ obſeruãda ſit intellige

## Quartũ metrũ quarti

PUlcra pax ſũmi mun⁹ optimũ
Te voluntati ſit bona tm̃
Nunci⁹ defert miſſ⁹ ab alto
Nam male menti qualis erit pax
Sternit̃ lecto ſorde repleto
Complet et ſpinis ſe viciorꝫ
Qualiũ turba dilacerat̃
Tractat nũc iſtuc rurſus et illuc
Diſſidet ſecũ ſe qꝫ remordet
Viribus vanis om̃ipotenti
Stulta guerrã dat more gigantũ
Pugnat econtra quodqꝫ creatũ
Jus ſui regis ſedulo ſeruans
Si placet fiat vera tibi pax
Ordinatus ſit primit⁹ omnis
Motus affect⁹ nec vagus erret
Queritans extra poſſe quieto
Se frui mundo qđ nequit eſſe
Pauca ꝑtemptet non alienis
Litibus ſe det ſed nec habenas
Senſibus laxet ſemꝑ anhelet
Legis eterne iuſſa tenere
Litteris ſacris aſſiduus ſit
Quippe dat pacẽ zelus earꝫ
Pacis eterne pign⁹ ⁊ arram

## Proſa. v. ⁊ vltima li. iiij

### Monachus

Adueniat oro pax iſta nobis Aduertero nondũ ſatis explicuiſti que ſit apud peregrinum noſtrꝫ conſolatio ſpecialis deliniens eũ in tam ↄfuſibili rerũ tempeſtate qualẽ in florentiſſimo nuꝑ francie regno. nominatim in celeberrima pariſienſi ciuitate ↄtigiſſe nõ ꝓrſus ignorat et nos intuemur ¶ Volucer. ¶ Accipe ſuꝑ iſtis doctrinam theologie celitus immiſſe quã deinceps nõ me loqui putato. Conquerens o homo ꝙ etate tua multi depereũt qđ queſo nouũ accidit? habet etas omnis mortuos ſuos q̊tidie recipit terra mille modis hũanũ genus hos peſtis. illos fames. alios gladius. multos naufragia morbi. incendia voragines abſumunt. quippe terra ſunt et in terraꝫ reuertunt̃. Mentiebaris o neqꝫ dũ Eue dicenti Ne forte moriamur, ſubintuliſti. nequaqꝫ. om̃es ex tunc capitali ſupplicio adiudicati ſũt Nil refert q̊s prior. quis poſterior ſecuri mortis feriat̃. vnũ dabo tibi qđ iure ↄfitear eſſe timendũ q̊ merito vel demerito vita iamiam citiſſime deſitura finiat̃ apud iudicẽ deum. Scio mecũ fateberis. interrogo te reſpondeat exiſtimatio tua Mortuos quos immatura violenta qꝫ nece defles ereptos aut iuſta cauſa perdidit aut iniuſta? ſi iuſta. cur inculpas iuſtitiã? Cur non letaris lauans manus tuas in ſanguine peccatoris? Si iniuſta. vide ſi ſobrium eſt eos plangere quos pro iuſtitia morientes beatos xp̄us appellat?

Sed dices potuerāt iniuſti viuēdo corrigi. iuſti vero plus ad ſuā alio/ruʒqʒ ſalutez ſuper vites iuſtificari. Quid ſi ſordidus ſorduiſſʒ adhuc ſiue damnatōis aſſidue penas auxiſſet Juſtus vero vt ſepe fit excidiſſʒ a iuſticia? Patet lati⁹ iſta deductio. nōne varij ſ̄t euēt⁹ belli Et nūc iſtū nūc illū ɔſumit gladi⁹ vt nō gloriet̄ accinctus vt diſcinct⁹ q̄m nō eſt fortiū bellū dicit Eccīaſtes. Sʒ ad altiora ɔſcendē nr̄e rōnes volūt q̄ nihil caſuale. nihil fortuitum tradūt deo. cui⁹ ɔſilia ſup̄ filios hōim hūana curioſitas ɔphendere p̄ ſingula nō p̄ſumat. Attingam⁹ tn̄ aliq̄ q̄lia ex ꝓpheticis et hiſtoricis libris nr̄is fas eſt colligē. Deſtruxerūt aſſyrij idolatre q̄dez ſine deo ihrl̄ʒ ſanctā ciuitatē cū p̄p̄lo. Quid p̄ Jſaiaʒ dicat dn̄s audi. Ve aſſur virga furoris mei et bacul⁹. ipe eſt in manu eorū mea indignatio. Sequit̄. Jp̄e āt nō ſic arbitrabit̄. et cor ei⁹ non ita eſtimabit. ſʒ ad ɔterendū erit cor ei⁹ Ecce q̄ꝫ de⁹ malos de p̄p̄lo ſuo int̄ q̄s nō dubiū fuiſſe q̄ſdā innocētes voluit p̄ lōge deteriores affligere q̄les appellat v̄gā furoris ſui q̄ꝫuis obſeq̄ndo blaſphemi n̄ credēnt. q̄d ſi tale aliq̄d opat⁹ ē mō de⁹ q̄ p̄tātē hʒ vite et mortl. in cui⁹ ɔſpectu nō iuſtificabit̄ oīs viuēs. Nōne frequēter i regimine reipublice cupiditas ſe putat caritatē? cū hec ɔmune bonū. illa ꝓpriū ɔmodū ſp̄ inq̄rat Eſto ſit charitas q̄d ſi nō adhibuit ꝓ ſui ſuoꝝ q̄ʒ cuſtodia cōtra ꝓditioſas inſidias cautelā q̄lē hūana p̄t ⁊ exigit induſtria. Quid ſi bellaſſent aduēſus infideles ⁊ aduerſus exteros ſui regis hoſtes et occubuiſſent. felices eos i altera vita. nōne iudicares nec morte turpi fūctos? Dx ſi p̄ntez tm̄ r̄ſpicis vitā terreat ap̄l's. ſi i hac vita tm̄ ſpantes ſum⁹ miſēabilioēs ſum⁹ oīb⁹ hōib⁹. Quis p̄terea nouit. ſi aſcēdēit in aures dn̄i ſabaoth clamor flagitioꝝ ſceleꝝ et abomiationū q̄b⁹ vel p̄p̄lus vel rectores et nobiles vl̄ vtriqʒ forſā peccauerāt q̄s tradidit de⁹ nō i man⁹ infideliū vt alias? plerūqʒ q̄nqʒ p̄ wādalos et gothos et hunos. aliq̄n p̄ alios nōiatim ꝓp̄t ſpurciſſimā carnis corruptionez vt aliq̄b⁹ reuelatio dixit. Expoſuit ſuos mō de⁹ cladib⁹ belloꝝ ciuiliū vbi tumultuat̄ p̄p̄ls contra nobiles imo ſine lege ſine ordine nobiles inter ſe cū diſſecatione mutua p̄p̄loꝝ ſe deſtruūt. Punit crede mihi de⁹ occultiora ſepe delicta p̄ flagella patētia. illa etiā q̄ p̄ contritum cor et humiliatum deleta ſ̄t q̄dez fuerūt quo ad culpā repetit i penā. Hinc fit vt aliq̄s p̄n̄tialit̄ bn̄ viuētes aliq̄n ɔphendat afflictio ⁊ ꝓ paruo ſicut putat̄ delicto nouo grādior punitō ſubſequat̄ q̄ꝫadmodū cernē ē in corpis egritudinib⁹ q̄ ad occaſionē facilē oriri vident̄ ⁊ recidiuū pati Sʒ da nullū neqʒ mō neqʒ antea p̄ceſſiſſe demeritū virt⁹ vl̄ exercet̄ ad meritū vel ad p̄miū coronat̄ Vnde q̄ꝫ mutat de⁹ vt placʒ regna de gēte i gētē ꝓp̄t iniuſtitias

et varios dolos Nabugodonoſor mẽte capt⁹ teſtis ẽ. teſtis troya. teſtis rhoma. teſtis daniel de diſſipatione monarchiarũ q̃tuor ꝑncipaliũ. Habz eni quelibet res in terris quandã ſue duratõis periodũ atz viciſſitudini ſubiecta ẽ. ſit hõ. ſit domus. ſit ciuitas. ſit regnũ. ſit imperium. Mutauit ꝑtea dñs ſacerdotiũ Hely iuxta reuelationẽ Samueli factã Cui⁹ gen⁹ ſaul exterminauit cũ ciuitate ſacerdotũ in ore gladij viros et muliẽs paruulos et lactẽtes. Ubi ꝑcor attẽde vigilãter. Eſt enim ꝓpoſito res accõmoda. vide quis occaſionẽ ꝑſtiterit ꝓximã neci crudeliſſime ſacerdotũ ac viroꝝ veſtitorum ephot lineo cuz mulierib⁹ et paruulis et lactentib⁹ et ꝓrſus innocuis cũ horrenda demolitione ciuitatis Nõne legis ꝙ declinauerat dauid ad achimelech ſacerdotẽ ſũpſerat i neccitate famis panes ſcõs cũ gladio goliad neuter iſtic culpabilis. Et de dauid teſtis Ihs i euãgelio Licet vſus ſit bona mẽte reuerſe memorãs execut⁹ eſt. Nihilomin⁹ ſaul irritat⁹ mala volũtate deſtructionẽ quã dei volũtas optia ſe facturaz ꝑdixerat. Canit in pſalmis de deo Cõuertit cor eorũ. nõ dubiũ egyptiorũ vt odirẽt ꝑplm ſuũ et dolum facerẽt in ſeruos ei⁹. Cõuertit intellige qr mateĩã odij et doli miniſtrauit in multiplicatõe hebreorũ et in miraculorum ꝑ Moyſen oſtenſione Quocirca facile patz eſſe fallax argumẽtũ. Prouenerũt ex iſti⁹ opatõne ſcãdala. mortes. mala qз ſine numero. Egit ergo talis culpabiliter. nihil eni tã bonũ q̃ neq̃tia ꝑuerſorũ nequeat abuti Exẽplũ in ꝓſtatõe fidei ꝑ martires claret Et ꝑ⁹ in ꝑdicatione xpi q̃ nõ venit pacẽ mittẽ in terrã ꝫ gladiũ. Cui⁹ ort⁹ vtiqз din⁹ tot innocẽtes ꝑ herodẽ dedit neci. Caſtigat pr̃ filiũ. medic⁹ egrotũ. ipi ſe ꝑimũt. nunq̃d aget pr̃ ſuꝑ filio. medic⁹ ſuꝑ egroto pniam. q̃a mortis occaſionẽ dediſſe viſi ſt̃. nõ puto. Notaueris et i pn̄ti re quẽad modũ pugnauerũt filij iſrael trib⁹ vicib⁹ ɔtra beniamin ob vindictã peſſimi ſceleris in vxore leuite. Cã iuſta erat ⁊ qđ fortaſſe miraberis. dederat de⁹ aſſẽſũ pugnãtib⁹ Uicti ſt̃ ꝑmo et iterũ ſcđo vſqз ad internetionẽ q̃nq̃ginta miliũ pugnatoꝝ ex iſrael. Tertia pugna dedit eis purgatis et hũiliatis victoriã vſqз ad omimodã pene deletionẽ beniamitice trib⁹ Nõ diſcurrã ꝑ plima. ſcrutãti q̃ꝑpe ſcꝑturas meas occurrũt talia copioſe q̃ꝝ lectio viuax ẽ et q̃i malle⁹ ɔterẽs petras. Cõſolatõez deniqз faciẽs ɔtra mortalium caſus inopinatos et q̃ iuſta dei bonitate videnť indigni Si vidẽt ait Eccĩaſtes calũnias egenorũ ⁊ violẽta iudicia et ſubuerti iuſtitiã in ꝓuincia. nõ mireris ſuꝑ hoc negotio qm̃ excelſo excelſior ali⁹ ẽ. Et inſuꝑ vniuerſe t̃re rex impat ſuiẽti. ⁊ ita imperat vt ſeruiãt ſibi etiã neſciẽtes etiã repugnãtes ⁊ odiẽtes vt demones. His nullũ ex amicis ꝑdẽ. vis eos poſſidẽ tranquille. oẽs in deo dilexeris ſuam vitã. ſuam gloriam.

ſuas diuitias in eo reconditas ha/
be. vtiqꝫ ſicut nō perdit de⁹ ſic ami
cos cū ſua vita gloria diuitijs ſꝑ ꝛ
vbiqꝫ poſſidebis. Ceterū nemo de/
ſperauerit de te iħu bone qm̄ cū ira
tus fueris miſericordie recordabe/
ris. Tu poſt tempeſtatē tranquillū
facis. Tu rēpublicā ꝑ varias agi/
tatōs purificare ſcis. velut ex actōe
mutua elemētoꝝ nobiliora gignis
mixta. Apud te ſunt innumerabiles
modi purgatōis et ſaluatiōis elcō
rū vn⁹ ꝑ ignominiā mortis q̄ libe/
rat etiā a purgatorijs ſupplicijs. ali
us ꝑ ablationez totalē tꝑaliū cum
corꝑe vn̄ laq̄us oterit omniū debi
toꝝ. q̊ꝝ fortaſſis alio mō non erat
bn̄ poſſibilis ſolutio. Alij forſitan
egerūt tepide negligent cāz vel iu
ſtitie publice vel legis ōine aut cir
cūſtātias culpabiles habuit ſua ꝓ
ſecutio. oia mors abolere potuit eo
efficaci⁹ quo ɔtumeli⁹ illata eſt ca
ruit qꝫ ſepulcro. Talia q̄s oia dinu
meret? Audebo ſublimi⁹ vocē attol
lē plenā ɔſolatōis ſancte. Itaqꝫ de
ſolationū omniū q̄s furor hoſtilis
oꝑatus eſt ꝓut ɔq̄reris interrogo
q̄lis aſſignat cā? Si libido dn̄andi
regēdi qꝫ. ſi vindicte zel⁹ effer⁹. ſi di
uitiaꝝ vel opū execranda fames. ſi
tituli fortaſſis alij nō min⁹ ſcelerati
ſacrilegi nefandiqꝫ. Felices oro nō/
ne ſūt q̄ ꝟtuoſis animis obſiſtē co
nati ſūt qꝫuis in oculis hōim ſuꝑa
ti. Auctores ꝟo tāto infelicioēs q̄n
to nihil infelici⁹ impunita licētia et
ꝓſperitate peccātiū qualiū miſere
aris velim ꝓ ſua cōuerſione ſalute
qꝫ deꝓcans. Vt ſi cā iuxta q̊rundā
impudētiā (q̄ ſe de ꝑtinacia dānat
) aſſignet defēſio catholice ꝟitatis.
vitia q̄rens et errores corrigē. et h̄
corā iudice legitimo nūc ordinario
nūc ſuꝓmo q̄d inſident affirmaue
rim btōs eſſe mortuos q̄ ꝓ lege ōi
ſui certauerint vſqꝫ ad mortē exem
plo tot martiꝝ? Quid ſtupes. quid
me reſpicis? nolito mirari ſi hꝫ q̊ti
die martyres ſuos mūd⁹ ſi caro ſi
diabol⁹ cur nō habeat ſuos xp̄us?
Hinc apl's. Oꝑtet hereſes eſſe vt q̄
ꝓbati ſūt manifeſti fiūt. Quō ma
nifeſti? plane i bonū ſi legē dei defē
derint ſtrēnue. ſed ꝓrſus in malū ſi
vel maligne impugnauerint aut im
pugnātib⁹ fauerint impudent ſꝰdo
le nequit ſubuertēdo vel negādo iu
ſtitiā. Tales dixeris ſcādaloꝝ cām
oīm q̄lē egerūt i alios ꝑſequentes
aliq̄s vſqꝫ ad coronā martyrij. Quo
pacto inq̄es? Rn̄deo nonne marty
riū cā fuit vt ꝓ xp̄o. ꝓ ꝟitate. ꝓ iu
ſtitia. ꝓ vicioꝝ redargutiōe mors
vndecūqꝫ tolerat? Attēde q̄ cauſa
reddiderit ip̄m Abel ꝓmū martyrē
i lege nature. Hec nimirū ꝙ i odiū
iuſtitie religioſe qua ſacrificiū obtu
lerat deo placabile Cayn frater eū
nihil tale cogitantez egredientē in
agrū inſidioſe ꝑemit. Vides q̊ pa
cto fit aliq̄s martyr ec̄ dū ignorat
Omitto de ſeptē frib⁹ machabeis
in lege ſcripta qui nō ob aliam cau
ſaz q̄ꝫ ne legē in porcine carnis eſu
violarent atrociſſime necati ſunt.

Non loquar de Johanne baptiſta q̄ legis vtriuſq₃ moyſi et xp̄i limes quidā fuit. cui⁹ martyriū aliā non inuenit̄ cauſam habuiſſe niſi redar/ gutionē publici inceſtus. Thomas cātuarienſis ob defenſionē eccleſiaſtice libertatis Leodogarius ob zelum dom⁹ francie contra Ebroynū Agathes agnes et lucia ꝓpter fidē caſtitatis glorioſo celebrant̄ mar/ tyrio. Et ita de plurimis quorum exemplis perſpicuū fit omnē homi nem qui perimit̄ odio iuſtitie et vēi tatis/ dū ſectat̄ illā ꝑſequit̄ aut de/ fendit inſignit̄ apud deū vero titu/ lo martyrij qualecūq₃ fuerit apud homines iudiciū. Quid ſi plus ali/ quid addiderim. Innocētes q̄dem occiſos cōſidero quos eſſe marty/ res nullus qui fidem habet eccleſie dubitauit. Sed que ratio martyrij: nunquid alia dabit̄ q̄₃ odium xp̄i ex ambitione regnandi ꝓueniens! Ubi rurſus colligitur hec regula. ꝙ infantes aut pueri quāto magis ꝓuectiores quos in odiū xp̄ianoꝝ ſeu xp̄i vel ſue legis perimūt infide les iudei ſaraceni vel pagani aut aliqui nomine ten⁹ xp̄iani hereticantes apoſtate q₃ facti aut in tyranni dis rabiem verſi tales martyrio co ronant̄ etiā mortis timidi. p̄cipue ſi nō alius criminis obex ineſt actu Hec inſideant animo tuo ſi abſq₃ fi ctione meus es diſcipulus. Hec mē tis ꝑturbationes radicit⁹ euellant q̄m̄ altior. ſecurior. ſalubrior. r̄ligio/ ſior. et glorioſior nō eſt altera cōſo latio ad quā ꝑuchere poſſit doctri na mee legis q̄₃ martyrij tolerātia. p quod delet̄ in ꝓprio ſanguine q̄li bet culpa ſimul et pena vt ꝓtin⁹ ho mo liber et expedit⁹ euolet in celu₃ vbi ſtatū habeat omniū bonorum aggregatione perfectū. Uolucer.

Hactenus o monache theologia locuta ſit. nos ex ſua ne ſtra q₃ col/ locutione breuiter epilogantes ſu/ mam⁹ hoc opendioſū in omi tribu latione ſolamen vt toto corde ſuſpi remus leuantes oculos in celum ⁊ dicentes. Deus eſt pater miſericor diarum et totius ↄſolationis in cu ius miſeratione ſperandū eſt. cuius ſe voluntati ↄformandū eſt. a quo eſt virtus patientie. in quo eſt ſere/ natio ↄſcientie. Nos interim trahe re conemur in affc̄m quod ſub qua triduo diſſeruim⁹ p intellectum

Monach⁹. Fiat ita precor ⁊ pax dei que exuperat omnē ſenſū corda et intelligentias n̄ras cuſtodiat in charitate dei et patientia xp̄i vt p patientiā et ↄſolationē ſcripturaꝝ ſpem habeam⁹ Amen

Explicit tractatus de ↄſolatiōe theologie venerabilis p̄ris ⁊ mḡri Johis Gerſon cancellarij pariſien ſis ꝓfeſſoris in ſacra pagina eximij

# Teſtamentum peregrini metricum editum a magiſtro Johanne de Gerſonno

Gratia cui nomen confert inſigne Johannes,
  Nouena cognomen. Gerſon habere dedit
Scire velit ſi poſteritas quo tp̄e natus
  Quo ve renatus ſit. calculus iſte docet
Mille quater centum vigintiquattuor annos
  Quatuor adiungens dinumeres domini
Sic qꝫ decembris lux et nox bis ſeptima ſextus
  Et ſexagenus inchoat annus ei
Solus porro deus obitus ſcit tempus et horam
  Propterea ſecum ruminat iſta frequens
Tu diſpone tue domui morieris neqꝫ viues
  Plene teſtatus et vigilans morere
Vixeris hic et nunc velut hic et nunc moriturus.
  Orans dic redeat ſpiritus ad dominū
Ecce nouū grande ſtupidum videt exul et horret
  Mortis ad aſpectū cor tremit ecce venit
Ecce pater mi nunc et hic articulus meus inſtat
  Quo morior pater et vt pater eſto pius
Eſto pius. ſatis eſt dederis te. diues abundo
  Te ſine deficio pauperior nihilo
Tempus adhuc venie ſedes a deo pietatis
  Terret iuſtitia. ſubueniat pietas   .als. gra ſubueniat
Mens vigeat. cor peniteat. ſacra hoſtia paſcat
  Crux olei liniat. plena qꝫ ſit venia
Sancti quos colui viuens morior. meus ad vos
  Spiritus aſpirat. ferte iuuamen ei
Que mortalia ſunt mortalibus vltro relinquo
  Corpus humū redeat ſpiritus ad dominū
Spiritus iſte Jeſu meus a te ſuſcipiatur
  Spes mea tu Jeſus es gratia non opera

¶Incipit tractatus de passionib⁹ anime magiſtri Johis gerſon cancellarij Pariſieñ.

Paſſionū feruorē. effe/ ctū et originē cogno/ ſcere prodeſt anime ad deuotionis ſcolā vo cate Sane quēadmo dū ſūma vitiorꝫ eſt tranſiſſe in affe ctū malicie ita vt ipm iā vitiū ex in timo ſenſu placeat. ſic culmē virtu/ tis eſt trāſiſſe in affectū iuſtitie. Af/ fect⁹ vero vel eſt paſſio ab agente derelicta in potētia cognoſcēte vel ſimilitudinē habet paſſionis. Nō ē aūt deuotio ſine affectione. Nā de uotio q̄d aliud eſt q̄ȝ extēſio vł ele uatio mentis in deū p piū et humi lez affectū. Kurſus omīs virtus cū ſit affectio moderata et ordinata. vicium ex defectu modi et ordinis in affectib⁹ pueniat nunq̄d nō ſalu bris erit affectionū paſſionaliū cog nitio? Paſſionum quippe ignorata qualitate neq̄ȝ virtutū neq̄ȝ habituū imo nec ipi⁹ hōis neq̄ȝ tēptationū ſuarꝫ multipliciū poterit ſufficiens notitia vł ars adipiſci. Quo pacto deniq̄ȝ (ſic optet) orabim⁹ mente. orabim⁹ ſpū iubilantes in cordib⁹ nřis et laudantes deū in pſalterio decacordo cū cantico in cythara. ſi deſideriorꝫ et affectionū q̄ ſuauē hanc armoniā reddere habent na turā ignorauēim⁹? Sētiunt ab idi/ otis et ſimplicib⁹ aliq̄ñ expimenta liter tales affect⁹. nec negam⁹. Ve rūtñ additio doctrine multū ꝯfert hac ꝯſideratione pmoti ſūt ſācti prēs. nōiatim poemen et arſenius in quorꝫ ore vix aliquid niſi de paſ ſionib⁹ aiarꝫ ſermo verſabat. Pre/ ſentē igit materiā de paſſionib⁹ et earꝫ ꝯditionib⁹ de cauſis et effecti bus. de modo quoq̄ȝ vtendi eis placuit ſub aliquib⁹ ꝯſiderationib⁹ ptractare. Jd q̄d reliquū erit (mlta āt relinquent) inueniet apd ſāctū Thomā in pma ſcđe. vij. q. xxij. et deinceps additł. quos allegat do/ ctoribus

¶Prima conſideratio

Paſſio eſt inclinatio quedā vł coaptatio ſeu ſimilitudo ⁊ cō uenientia derelicta ab agēte in paſ ſum p quā trahit quodāmō ipſuz paſſū ad agens ꝯ eidē coaptat vł aſſimilat et refugit ꝯtrariū. Certe quēadmodū ignis generans ignē ex aere relinquit in igne genito ca/ liditatē ⁊ leuitatē q̄ leuitas ſuo pō dere vel tractu mouet ſurſū ad ſimi lem ignē. ⁊ dū illic eſt quieſcit. odit vero locū deorſū tanq̄ȝ ſibi nō cō/ uenientē et refugit ipm neq̄ȝ q̄etem habȝ in illo. Sic homo pportiona biliter affect⁹ p amorē ad aliq̄d in/ clinat ad illud. Et ſi nō habet deſi derat ſeu ꝯcupiſcit ipm. Et ſi adipi ſcit quieſcit et delectat in eo. Odit vero ꝯtrariū et abhorret approxi/ mationē eius. et ſi ei ꝯiungit. dolet ſeu triſtat. Et he ſūt ſex paſſiones.

tres reſpectu boni ſimplicis. ⁊ tres ſimilit reſpectu mali ꝓut infra do/cebit. amor. ↄcupiſcētia. delectatio odiū. fuga. dolor. vel inquietudo

## Conſideratio. ij.

Paſſio q̄libet inſequit ↄgnitionē. ſʒ aliqua diūctam vt in nō cognitiuis. Habet itaqȝ quodlibʒ ens naturale ſuas inclinatōes cer/tas tanq̄ȝ rememoratū et directuʒ ab intelligētia nō errante q̄ de⁹ eſt Agit ꝗꝑpe de⁹ oīa tanq̄ȝ bonū ſummū ſui ipi⁹ diffuſiuū et ꝓpter ſe ipm creauit oīa tanq̄ȝ finis oīm. Ideo bonū qđ hʒ rōez efficiētis ⁊ finis ponit a btō Dioñ ꝑmū nomē dei. Cōſequēs eſt igit ꝙ in re qualibet delinq̄t de⁹ paſſionē q̄ ſit aſſilatio q̄daʒ vel coaptatio ⁊ ↄueniētia vl inclinatō et tēdētia ad ipʒ. ꝑʒ ordinē ſue ſapīe in qua fec oīa in numero pondē ⁊ mēſura. Hec āt inclinatio generalis ad finē vltim ꝑ fines ꝑticulares ⁊ ꝓximos nōiat q̄nq̄ȝ appetit⁹ vel affectio naturalis. q̄nq̄ȝ pōd⁹ rex. q̄nq̄ȝ tract⁹ ſeu tendētia. q̄nq̄ȝ amor inſit⁹. q̄nq̄ȝ lex. q̄nq̄ȝ re/gula. q̄nq̄ȝ inſtinct⁹. q̄nq̄ȝ eq̄tas naturalis. q̄nq̄ȝ fed⁹ rex ſtabile. q̄nq̄ȝ ſenſus nature aut aliq̄ tali vocabulo. Sʒ res eadē eſt q̄ ſepe nihil dic ſupadditū ad ipaʒ naturā neqȝ vt accidēs neqȝ vt habit⁹ ſʒ vt ipa natura talit inſtituta q̄ ex agēte deo et diſponētē oīa fortit atqȝ ſuauit hʒ tēdē in talē vel talē finē ⁊ moueri ad illū ſi abſēs ſit niſi impediat et q̄eſcē in adepto. odire vo ↄtra/riū. fugē q̄ȝ nec in illo q̄eſcē. Hoc ſomniaſſe viſus eſt Eraclit⁹ dicēs oīa fieri ꝑ litē et amicitiā. hoc q̄ȝ vidit Arl. enūciās bonū eē qđ oīa appetūt. et hūc eē finē oīm deū confeſſus eſt q̄ ſol⁹ ſicut eſt ineffectibil ab alio ſic impaſſibilis ſol⁹ inuenit tā paſſione ꝑfectiua vt ē illūiatō in celo q̄ȝ defectiua ſic dolor i corpe aīato niſi fortaſſis q̄s abuti auſus dicēt in emanationib⁹ dinis repiri paſſionē. ſic generationē filij paſſi/uā dicim⁹. et ſilr paſſiuā ſpūſſancti ſpirationē

## Cōſideratio. iij

Paſſio ſequēs ↄgnitionē diunctā repit in oñi vtute ↄgniti/ua in q̄ paſſiōes delicte ab agētib⁹ inchoant et tminant in appetitiua virtute ita vt paſſio talis generali nōie deſcribi poſſit ꝙ eſt inclinatio vel mot⁹ ꝓueniēs ex ↄgnitione vl appheſione alicui⁹ vt ↄueniētis vel diſcōueniētis pñtis vel abñtis. Et ſiqdeʒ mot⁹ ille q̄ q̄nq̄ȝ ſucceſſiu⁹ ē q̄nq̄ȝ ꝑmanēs vel immanēs ſic eſt amare. Si inq̄ȝ ↄſeq̄t ad ↄgnitōeʒ pure ſenſitiuā ſic dr paſſio aīalis. Si vo ſeq̄t ↄgnitōeʒ ipi⁹ rōis de/liberātis vel dictātis de ꝑticulari/b⁹ agendis ſic dr paſſio volūtaria vel rōnalis vel ↄſciētioſa. Si vo ſequit ↄgnitionē pure intellectualeʒ ſeu mētalē in cui⁹ lūie ↄgnoſcūt prima ꝑncipia moralia. ſic pōt nōiari paſſio ſinderiſis vel mētalis vbi fit rapt⁹ et extaſis. Et ita quadruplex

genꝰ paſſionū pt apud hōiez inue/niri naturaliū. aialiū. rōnaliū. intellectualiū. Et qm̄ apud philoſophātes pncipalis ſermo ē de paſſionibꝰ ꝯſequētibꝰ cognitionē ſenſitiuā tā in aialibꝰ q̄ȝ in hōibꝰ eo ꝙ ad illes trāſmutat̄ corpꝰ trāſmutatiōe ſenſibili. et ad tranſmutatōes iſtas ſimilit̄ ipe paſſiones aliq̄n ꝯſequūtur. Exiſtimamꝰ idoneū tractare pmo ſepatiȝ de paſſionibꝰ hmōi aialibꝰ q̄bꝰ cognitis facile erit p ſilitudinē et coaptationē de reliq̄s tam naturalibꝰ q̄ȝ voluntariȷ̄s q̄ȝ intellectualibꝰ habere ſermonem

## Conſideratio. iiij.

Paſſiones aiales ꝯgnoſcūt̄ ex ſubiecto ꝛ obiecto ꝛ effectibꝰ ſuū. equidē ſubiectū eſt vis appetitiua ſēſualis q̄ reſpicit bonū tpale pticulare hoc vel illud tanq̄ȝ ſibi ꝯueniēs et malū tāq̄ȝ diſcōueniēs et hoc ſub rōe ꝯmodi vel incōmodi qꝛ ratio iuſti ꝓprie nō eſt ibi nec ƀm eā ꝓprie ſumūt̄ paſſiones ȝ magis ipe ꝟtutes in ipa rōne et mente. Cauſat̄ ergo motꝰ q̄daȝ in appetitiua virtute ꝯſequent̄ ad apphēſionē virtutis ꝯgnitiue ſenſualis exterioris vel interioris cuiꝰ obiectū eſt verū ſimplex velut q̄daȝ adeq̄tio rei cognite ad cognoſcentē. bonū ꝟo ſupaddit ꝯueniētie rōnē. et qm̄ bonū cōmodi pt ꝯſiderari abſolute ſine ꝯtractione aliq̄. vel conſiderat̄ nūc vt abſens nūc vt pn̄s. nūc vt arduū et diff. cile. atq̄ȝ ita pportionabilit̄ de malo ꝓpterea ƀm hoc diuerſificat̄ vel ramificat̄ ꝟtꝰ appetitiua et ſimilit̄ paſſiones. Eſt q̄ppe viriū appetitiuaꝝ alia ꝯcupiſcibilis alia d̄r iraſcibilis. quaꝝ diſtinctio ſumit̄ ex obiectis. nā vis cōcupiſcibilis reſpicit bonū vel malū nō ſub rōe aliqua difficultatis vel arduitatꝭ. Sȝ qm̄ multa ſupueniūt nata impedire cōcupiſcibilē in ſua inclinatōe vel tendētia vel quietem circa locū et in odio fuga vel inq̄etatōne circa malū. hinc data eſt ei tanq̄ȝ ꝓpugnatrix ipa virtꝰ iraſcibilis q̄ tēdit in bonū adipiſcēdū vel malū depellendū nō vt ſimpliciter tale ȝ vt arduū et difficile adipiſci vel euadi quale nullū in deo repit̄ ideo nec iraſcibilē habet vllam

## Conſideratio. v.

Paſſionū numerꝰ et ſufficiētia ſumit̄ tā a ſubiecto q̄ȝ ab obiecto. Vis itaq̄ȝ ꝯcupiſcibilis vł reſpicit bonū cōmodi abſolute. et ſic cauſat̄ amoꝛ vel libido q̄ vel q̄ eſt coaptatio vel inclinatio q̄daȝ ad bonū ꝯmodi. vel reſpicit illō vt abſens. et ſic cauſat̄ deſideriū et cōcupiſcentia ſeu cupido vel cupiditas q̄i ſatagens illud adipiſci. vel reſpicit bonū cōmodi vt iam adeptum et ſic cauſatur delectatio vel letitia vel voluptas. Dicendū q̄ȝ ē ꝓpoꝛtionalit̄ de tribꝰ aliȷ̄s paſſionibꝰ reſpectu mali ſeu incōmodi q̄le ſi apphendit̄ abſolute ſic cauſat̄ odiū qō eſt diſcōueniētia q̄dā et diſpꝛoꝰ

poꝛtio paſſi ad ipm malū. vł appꝛehendit malū vt abſens ſʒ vt imminēs. et ſic oꝛit fuga vel abominatō et hoꝛroꝛ. aut appꝛehēdit ipm malū vt iā pn̄s. et ſic oꝛit triſtitia doloꝛ et āguſtia cum filib᷒. Et ita ſex repim᷒ paſſiones in cōcupiſcibili. tres ꝛ̄ſpectu boni. amoꝛē. deſideriū et delectationē. et tres reſpectu mali. odiū ſcʒ fugā et doloꝛē. Rurſus ipa vis iraſcibilis cū non reſpiciat bonū vel malū niſi ſub rōne difficilis et ardui ad adipiſcendū vel fugiēdū quale nullū eſt bonū vł malū vt pn̄s ꝓptēa manet ſolū in tendentia vel fuga. nā quicq̄d eſt pn̄s vel adeptū vt tale eſt cadit in cōcupiſcibilis rōnem. Tendit ergo vis iraſcibilis in ſolū bonū vel malum abſēs. tanq̄ꝫ difficile ad obtinēdū vel refugiendū ſeu depellendū. Et ſi quidē hoc fiat ꝛ̄ſpectu boni futuri cū fiducia adipiſcēdi ſic dꝛ ſpes ſi cū diffidentia ſic dꝛ deſperatio. ſi ſ̄o fiat reſpectu mali futuri. et hoc cū fiducia repellēdi ꝗ oppugnandi ſic habem᷒ audaciā. Si cū diffidētia ſic met᷒ ꝰ timoꝛ exoꝛit. Et vtrobiq̄ꝫ fiducia vel diffidentia pt inueniri nūc cū certitudine. nūc ſine certitudine. quāuis iſte paſſiones certitudinē magis impoꝛtāe videant. Sic ergo quatuoꝛ habem᷒ paſſiones in iraſcibili. duas reſpectu boni difficił futuri. ſpē et deſpationē. et duas ꝛ̄ſpectu mali futuri difficił audaciā et metū ſeu timoꝛē. Supaddit q̄nta paſſio reſpectu mali p̄teriti quā dicim᷒ irā dū vis iraſcibilis aſſurgit ad vindictā illate iniurie q̄ iniuria appꝛehēdit vt leſiua ꝓpꝛie excellentie et inductiua minorationis ſeu vilipēſionis. ideo q̄rit viciſſitudo q̄daʒ leſionis q̄i agens ꝯtra patiat vt dignū eſt et ſic fiat q̄daʒ equalitas et hoc apphendit vt difficile vel arduū. Sʒ cur hec paſſio non hʒ ꝯtrariā? Rn̄dem᷒ ꝙ virt᷒ iraſcibilis ſic offirmet ꝙ nullo modo ſatagat vel audeat aſſurgere i vindictā iniurie iā illate hoc nō fit niſi duplici cauſa. vna qꝛ malū appꝛehendit vt pn̄s et ineuitabile. et ita cadit ſb rōne triſtabił et doloꝛoſi. nec exit cōcupiſcibił rōeʒ aut hoc fit qꝛ vis iraſcibił nō ſatagit in vindictā et ita cadit a rōne ire qꝛ reputat ꝙ iniuriās ſatis cōtra paſſus ē aut ꝯtra patiet abſq̄ꝫ vlla difficultate q̄ñcūq̄ꝫ placuerit. et ita q̄etat ſeu q̄eſcit et quodāmō delectat tanq̄ꝫ in adepta victoꝛia. et hoc iteꝝ ſpectat ad cōcupiſcibił rationē. ¶ Hic ſequit arboꝛ

## ¶ Conſiđ. vi.

Paſſionū aialiū pꝛima et velut vnica radix eſt amoꝛ ſeu libido. Amoꝛ q̄ppe aialis eſt inclinatio

vel mot⁹ ꝯſurgẽs in aiali ex appre heſione boni vel tanq̄ȝ boni ſibi vt pote q2 valet ad ſuũ eſſe vel bñ eẽ ꝯſeruãdũ Cũ igit̃ bonũ ꝑus ſit q̄ȝ malũ nã malũ nõ dicit̃ niſi ꝑuatio boni ⁊ habit⁹ nõ ẽ dubiũ ꝑoꝛ ẽ pri uatõe. vñ nec aliq̇d odio hẽtur niſi q2 alicui q̇d diligit̃ apprehẽdit̃ eſſe ꝯtrariũ. Supeſt vt oẽs paſſiones reſpectu boni ꝑcedãt eas q̄ directe et de ꝓrimo malũ reſpiciũt taȝ in ꝯcupia q̄ȝ in iraſcibili. Int̃ eas ꝟo q̄ circa bonũ verſant̃ vt ſũt deſide riũ. delectatõ. ſpes. deſꝑatio. amoꝛ q̄ abſolute bonũ reſpicit ꝑcedẽ hȝ paſſiones hñtes ꝓ obiectis bonũ vt abſẽs. vel vt iã adeptũ. vł vt fu turũ et arduũ aut ſƀ aliqua tali cõ tracta rõne habem⁹ ꝯſequẽter q̄ vis ꝯcupiſcibilis ꝑoꝛ eſt ad iraſci/ bileȝ. q̄uãuis paſſiones iraſcibilis frequent̃ ad ꝯcupiſcibilẽ t̃minent̃. vt ſpes aut audacia ad delectatio nẽ ſi vincant. deſꝑatio et met⁹ ad triſticiã ſi vincant̃ cadũt. Inuenie/ m⁹ ꝑterea q̄ omẽs paſſiones redu cunt̃ ad q̄tuoꝛ ꝑncipales. duas in ꝯcupiſcibili q̄ ſũt delectatio et do/ loꝛ. et duas in iraſcibili que ſpes et met⁹ appellant̃. Sed et ſub genera lioꝛi ꝯſideratõne oẽs reducunt̃ ad duas ſm duplicẽ rõneȝ ſcȝ boni ⁊ mali et ille ſũt delectatio et doloꝛ. Tandẽ fit omniũ ad vnã velut ra dicalẽ oꝛiginẽ reductio ſcȝ ad amo rẽ. lȝ ꝯſũmatioꝛ et ꝑncipalioꝛ paſ/ ſio ſit delectatio ꝯſequẽs hũc amo rẽ vt quieſcit in re iaȝ adepta. Am pli⁹ ꝟo lȝ amoꝛ ſeu libido ſit ꝑma paſſionũ. ſoꝛtit̃ tñ ipa cõcupiſcibil̃ nomẽ a ꝯcupia vel cupidine. Etiã ſm fictionẽ poeticam dicit̃ q̄ cupi do de⁹ amoꝛis eſt et fili⁹ veneris. et hoc q2 bonũ abſens vel deſide/ ratũ magis fac̃ ſe ſẽtiri ceteris pa rib⁹ rõne defect⁹ et indigẽtie tanq̄ȝ oppoſita iuxta ſe poſita magis ſen tiant̃. Silr̃ aſſignare poſſum⁹ cãȝ cur iraſcibilis ab ira poti⁹ q̄ȝ a ſpe vel audacia nõiet̃ Ira quippe reſpi cit minoꝛationẽ ſeu vilipenſionẽ q̄ inter mala marie fugit̃. ſicut ex ad uerſo excellentia magis appetit̃. et ita appetit̃ vt vite ꝓpꝛie aliq̄n ꝑfe/ rat̃ queãdmodũ introducit poeta Euial⁹ rñdit ad niſum Et h̄ ẽ ani m⁹ moꝛtis cõtemptoꝛ et illũ Qui vita bñ credat emi quẽ q̄ris hono rem

## Conſideratio. vij.

Paſſiones oẽs in aialib⁹ bru/ tis cenſẽde ſũt bone ⁊ pulcre Exẽpli gr̃a audacia et aioſitas in leone ⁊ gallo. ira in tigride ⁊ apꝛo voluptas in poꝛco hirco et paſſẽ. timiditas in lepoꝛe et oue. fraudu/ lentia in vulpe. adulatio in cane. ſu ꝑbia in equo. triſtitia melãcolica in catto. auaricia in coꝛnice. Itaq̄ȝ paſſiones iſte neq̄ȝ male ſũt vel de/ foꝛmes i genẽ moꝛis cũ deſit ipis aialib⁹ libertas arbitrij in qua fũ/ dat̃ ratõ laudis vel vituperij. neq̄ȝ turpes dici pñt aut male in genere entis. q̄m ens et bonũ et pulcrũ cõ uertunt̃. ꝓptẽa tantũdẽ hȝ quelibȝ

res ſit ſubſtantia ſit accidēs de bono ꝛ pulcro quātū de ente. nec hēre pt malū ↄtrariū. Amplius ꝯo q̄libz res naturalis dirigit̄ i ſuis motib⁹ ab intelligētia nō errāte vt dictū ē iā ex ſnia pħoꝝ cui ↄformās ſe augustī. dixit ꝙ de⁹ ſic res q̄s cōdidit āministrat vt eas ꝓprios mot⁹ agē ſinat. vbi āt deeſt error et adeſt rei id qd̄ ſibi ē ꝓpriū. deſit ꝛ turpitudo neceſſe ē. Qr paſſiones in brutis ali q̄n turpitudinis arguim⁹ vl̄ horre m⁹ et odim⁹ et expugnam⁹ Rn̄dem⁹ hoc ideo fieri qꝛ nob et deſiderijs nr̄is aduerſant̄. inferūt q̄z leſionē aꝫ aliq̄ tali rōne Monſtra ꝓinde q̄ vident̄ eſſe pcc̄a et turpitudines i natura qūo ad cauſā ꝑmā ꝛ finē vltimū relata pulcra ſint. vidē facile ē.

¶ Conſideratio. viij.

Paſſiones aiales in hōib⁹ viatorib⁹ ſūt vt plurimū vitupabiles et male. turpes. Jnuenient⁹ hʒ eſſe veꝝ nō ſolū ex deẗminatōne fidei. ſʒ ex naturali deductōe ſi ꝓſpexerim⁹ ↄditionē et finē ẜm quē hō cōdit⁹ ē. hō nāq̄z cū ſit nature rōnalis ipſe fact⁹ eſt vt diſcerneret int̄ bonū et malū et vt magis bonum magis diligēt. Cōſtat ꝯo deū eſſe ſūmū bonū. Ordinat⁹ ē igit̄ hō ad ↄgnoſcēdū et diligēdū deū in quo ſtat ſua iuſtitia. ſua bonitas et gloria. optet q̄z vt hʒ aſſequat̄ aliq̄n hō. alioq̄n fruſtra ꝛ inſipienter ad hūc finē fuiſſet ordinat⁹ ſuꝑ bruta lē naturam. Ex hac radice ꝯitatis pħice ſequit̄ ꝙ hō dʒ ſūmū bonuz ſūme diligē et magis q̄z pua bona aut q̄z mala. Debet ad opatōnes ꝑtis ſue ꝑncipalis q̄ eſt rō magis inclinari q̄z ad illas corpis. dʒ q̄n to erit iuſtior iuſtitia morali vl̄ nullo mō vel min⁹ affligi. Dʒ ẜm portionē ſupiorē et diniorē ac liberaz dirigē inferiorē ꝛ ei libere ꝛ ſine cō tradictiōe dn̄ari. Dʒ hr̄e corp⁹ ſuū tanq̄z inſtrumētū ↄforme rōni. immortale. ſ. nec impediēs ſʒ adiuuās rōcz ac min⁹ indigēs q̄z corpa inferioꝝ naturaꝝ. Sʒ oīm iſtoꝝ ac ſimiliū videm⁹ in hōib⁹ ↄtrariū ꝓpt̄ paſſiōes corpis q̄ trahūt aiaz ad dilectōnes ſordidas et malas. trahūt in errores et ſupſtitioſas inſanias. trahūt magis ad opationes corpis q̄z ad opatōes virtuoſas. trahūt ad obligationē. ignorātiā. et inq̄etudinē. trahūt ad afflictōes ad rebelliones ad penā et mortem pl⁹ q̄z in brutī. ꝛ in iuſtis ſepe pl⁹ q̄z in iniuſtis. Quid ſupeſt niſi ↄcludē tales paſſiōes eſſe ↄtra rectū et debitū ordinē nature ꝑmit⁹ inſtitute. hic āt ordo nō alit̄ puerti potuit et pt q̄z ex culpa libere ꝑpetrata ꝑ ingratitudinē ↄtra deū ſic vidit q̄ deplorās dicebat. hō cū in honore eſſet ꝛc. Sʒ heu iā nō ſiliis ſʒ deterior et turpior. Sūt igit̄ paſſiōes hmōi vitupabiles. qꝛ tollūt obedientiā. Sūt et male et turpes tanq̄z priuantes in hōie ex vitioſa radice modū ſpēz ꝛ ordinē. ꝑueniūt q̄ꝑpe iudiciū rōnis qd̄ opteret ſubſequi.

turbāt ligāt atqȝ tyrānisāt domi
niū rōis. ita vt nimis ſētiat hō illā
ſniaȝ Corp' qd corrūpit aggrauat
aiaȝ. Et illud. Jugū graue ſup fili
os adā. Deniqȝ multi phoꝝ ex pi
entia et rōe ꝯuicti ꝯfeſſi ſt hāc cor
ruptōȝ lȝ ad vnā cāȝ neq̄qȝ puene
rint. Tādē ex his radicib' q̄ multi
plici' extendi potuerāt ncitas orit
recreatōis hūane p mediatorē x^m
deum ⁊ hōieȝ. alioq̄n finis hūane
creatōis i nihilū corruiſſȝ p tō ſpē
qr nō ad gloriā ſue viuificatiōis ⁊
fruitōis ſȝ ad penā etne dānatōis
tota deueniſſȝ qd ſapie dine ſueqȝ
potētie ⁊ bonitati neqȝ decēs neqȝ
rōnabile ē aſcribē. de' q̄ppe et natā
nihil faciūt fruſtra. Hinc ortū hūit
illa exclamatō pphica. Nūq̄d ei va
ne ꝯſtituiſti filios hoim. dās intelli
gi q nequaqȝ. notent tn̄ p his que
dicat ſequēs ꝯſideratio

## Conſid: ix

PAſſiōes aiales p ſtatu natu
re inſtitute fuiſſēt pulcerrime.
Huī' rō eſt qr nulla puenillet iudi/
ciū rōis. ſȝ ad obſequiū et nutū ei'
vel ſurrexiſſet vl' q̄euiſſet. Sic i xpo
neqȝ dolorē neqȝ ꝯcupiaȝ neqȝ de
ſideriū neqȝ ſpē aut metū inuenire
erat aut aliā paſſiōis cuiuſcūqȝ ſili
tudinē niſi ſubſequent ad imperiū
et dictamē rōis. Porro q̄libet hō
q̄to āpli' pfecerit i vtutib' mora
lib' atqȝ ḡtuitl. tāto reformabit or
do iſte i eo vt paſſiōes nō pueniāt
aut obruāt iudiciū rōis. ſȝ poti' ad
ei' iuſſionē moderent. Hinc ortū ē
dinū illud Ariſtl. verbū. q in vtuo
ſo oīa ꝯſonāt rōni. Si tn̄ ē in hōi/
b' inuenire talē pus q̄ȝ corp' mobi
le h. et corruptibile induerit incor/
ruptibilitatē immortalitatē et ab/
ſorpta fuerit mors in victoria. Sic
fortaſſis eleuare naturā hūanā vo
luerūt ipi ſtoici dū dixerunt q vtu
tes ſt impaſſibilitates. nō vtiqȝ q
vtuoſi nihil ſentirēt aut paterent.
alioq̄n lapidib' eſſēt pares. Sȝ qr
paſſionē quālibȝ pueniit virtuoſus
nec ſurrepit aliq̄ velut effrenis atqȝ
tyrāniſans rōeȝ Sȝ ſtat' tal' vtinā
eque facilit ad q̄reret q̄ȝ pulcre et
cito deſcribit. Epicurei āt qr natu/
rā hūanā i beſtialē detorq̄bāt. nec
aliq̄d porro meli' aut dini' pone/
bāt in hōie. dixerūt ꝯſequent paſſi
ones oēs eſſe pulcras et optimas
Jta eni de beſtijs iā diximꝰ. Ceteꝝ
Ariſtl. q̄i mediū iter pgēs negauit
paſſiōes oēs bonas eſſe. qr multa
pueniūt et impediūt rōneȝ. Nega
uit nihilomin' oēs iudicādas eſſe
malas ⁊ turpes. eas videlȝ q̄ rōne
regerent. puto q ex iſtis facile ē eli
cere regulā generalē de morali bo
nitate vel malicia paſſionū. Dū ei
paſſiōes regi debēt rōne nec regūt
ea tūc iudicāde ſunt aut criminalit
aut venialit male. nā ſēſualitas in
hōie pticipat de volūtario in h q
ordinata ē audire rōeȝ quā dū re/
nuit audire. peccat et turpis ē. bru/
ta vo nullā hoc mō hn̄t cū ratōne
colligātiā. nec ordinata ē eoꝝ bru/
talitas obtpare rōni ꝯiūcte quaȝ
nō hn̄t. Sȝ orit difficultas de pue
ris et fatuis nō habētib' vſū ratio

nis pmit⁹ inſtitute in tantũ ſunt ſui mot⁹ illi paſſionales turpes nõ ha bẽtes modũ ſpẽz vł ordinẽ qualez humane nature poſtulaſſet integri tas ita vt vere ſit iuxta hãc ↄſidẽa tionẽ ꝙ nemo viuens eſt ſine pccõ ſup terrã etiã infans vni⁹ diei. So lus xp̄us p⁹ pccm̄ pmi hõis ſic ha buit innocẽtiã originalẽ ſic in ſolo regno aie ſue ſeruata eſt iugiter ab inſtanti ſue ↄceptõis talis obedien tia ſenſualitatis ad rõez qualẽ pri maria nature inſtitutio in hõie plã tauẽat. Et talẽ neq₃ in virgine Ma ria neq₃ in Johe baptiſta dũ infã tes eſſẽt inuenire erat. quãuis hec deſtitutio nature nequaq₃ imputa reẽ tũc rõni ad culpam actualẽ vel mortalẽ vel venialez apud eos ſic nec apud nos dũ infantes ſum⁹ et dũ non h₃ rõ liberũ vſũ ſuũ abſq₃ omĩ pcedẽte culpa actualẽ nr̄a. Se cus vbi culpa nr̄a in cã eſt. Nihilo min⁹ eẽnt hic attẽdẽda multa circa ↄditionẽ ſtat⁹ innocentie et circa li berũ dominiũ qđ habuiſſet rõ pro omĩ tpe ſup ſenſualitatẽ tã in pueri tia q₃ in ſomno. ta₃ motibus potẽ tiarũ naturaliũ cuiuſmodi ſẽ nutri tiua. et vegetatiua ⁊ generatiua q₃ ſenſitiuaꝝ ſic ſũt imaginatiua ⁊ fã taſtica et exteriores ↄ̃nq₃ potentie de q̄b⁹ nõ eſt hic dicẽdũ p ſingula ſic nec quale dñiũ in iſtis ↄphenſo res fuerint habituri

## Conſideratio. x:

Paſſionũ aialiũ generalis ori go duplex inueniẽ. ꝓuenit em̄ frequẽter a ſenſib⁹ exteriorib⁹ agẽ tib⁹ in ipos ſenſus vt in viſũ. audi tũ. guſtũ. tactũ. et olfactũ Et h̄ mo dus i hõie eſt velut ab inferiori. ꝓ ueniũt nihilomin⁹ velut a ſuperiori dũ ſpũs rõnalis actuat⁹ hac vł il la ↄgnitione ex ↄſequẽti volitione vel nolitiõe impat mẽbris inferio rib⁹ mouẽs ea queadmodũ xp̄us horribilẽ mortis apphenſionẽ im miſit a rõne in ſenſualitatẽ. Talis ei colligatio iũgit portionẽ ſẽſualẽ ad portionẽ rõnalẽ ꝙ viciſſi₃ act⁹ vni⁹ redũdãt in alterã. Quãuis in nõ virtuoſis tract⁹ ſenſualitatis ſit fortior. et ita fortior ꝙ nõ ẽ in ptã te rõnis nõ tangi irruẽtib⁹ primis paſſionũ motib⁹. l₃ ſub ea ſit appe tit⁹ ille et dñeẽ eius taliẽ ꝙ nequit ab inuita ratione ↄſenſũ extorq̄re Sec⁹ in pfecte virtuoſis. ſec⁹ in be atis. ſec⁹ in xp̄o. ſec⁹ ꝑterea in ſtatu pmario de quo ꝓbabile eſt ſentire ꝙ nunq₃ niſi deſup impante ratiõe potuiſſet qđcũq₃ ſenſibile forinſec⁹ agere in ſẽſus. alioq̄n vix hr̄i p̄t exi t⁹ q̄n neccẽ ſit ↄcedẽ deceptões ⁊ er rores potuiſſe ↄtingẽ ꝓ illo ſtatu. et paſſiões de neccitate ꝓueniſſe ra tõnẽ. Expediũt ãt ſe leuiẽ q̄ ſentiũt vt dixim⁹ ſane mõ nũc apđ naturã deſtitutã ↄtrario q̄n neccẽ ẽ vt ois nr̄a ↄgnitio incipiat a ſẽſu deorſũ tũc ãt de ſurſum ſp deſcendiſſet

## Cõſideratio. xj

Paſſiones ſuas ſuo mõ dicẽd⁹ eſt hr̄e ſpũs nr̄ rõnalis. Silr̄ et rõ ſeu volũtas. pſupponẽda ſunt hic oia q̄ de diſtinctõe ſpũs ⁊ rõis

ꝛ ſéſualitatis tradiderũt doctoꝛes ſacri nõ diſcrepãtes i h a phis ele uatis de q̃b' alio loco tractauim' dũ ſciaꝫ de thologia myſtica vtra q̃ꝫ declarare tã ſpeculatiue q̃ꝫ pra/ ctice conati ſum'. Et q̃ꝫtũ patiť p̃/ ſens breuitas dicim' iuxta iã nõta q̃ ſicut ad cognitõꝫ ſéſualé nat' é ſeq̃ q̃dã mot' ad pſecutioné vel fu gã dũ apphendiť aliq̃d vel tanq̃ꝫ oueniés vel vt diſcõueniés Sic ſuo mõ nata é ſeq̃ q̃dã affectio. longe tñ purioꝛ ad ognitõeꝫ ſpũs in lũie pure intelligẽtie a fãtaſmatib' de/ nudate dũ ſe ad lumé eternũ deſup̃ ouertit q̃i ad ſpeculũ q̃ddaꝫ etni/ tatis et ad mõtes etnos a q̃b' mi rabiliť illũiat de' Volũtas ſilr dũ inſequiť ognitõeꝫ rõnis q̃i mediã inť lumé ſpũs et ognitõeꝫ ſéſus hꝫ in ſe mot' paſſionales ſuo mõ q̃ tñ nõ alterãt p ſe et immediate coꝛp' q̃ꝛ nec fiũt oꝛgano coꝛpoꝛeo medi ante queãdmodũ paſſiões ſenſua/ les oꝛiunť q̃ꝛ effect' varij ſũt i coꝛ pe vt ad letitiã ſequiť dilatatõ coꝛ dis. ad triſtitiã oſtrictio. ad irã ſu/ pcalefactio. ad timoꝛé frigefactio et ita de reliq̃s. Vñ coꝛ in gaudio paulati dilatať et maxie ad intéio ra pꝑť q̃d moueri dr a medicis v/ ſus pect'. In triſtitia v̈o paulatiꝫ ecõtra. ſ. ad intéioꝛa. et maxie v̈ſus deoꝛſũ In ira v̈o ſubito v̈ſus pect' In timoꝛe moueť ad oppoſitũ ſubi to. In v̈ecundia ſubito ad vtrũq̃ꝫ In anguſtia v̈o paulati. Et ita nõ ponũt medici niſi ſex paſſiones iux ſex modos alterãdi coꝛ ipm. Aiad uertat ãt ſtudioſus diligenť hãc ð paſſionib' diſtinctioné. q̃ꝛ multa videť inť ſapiétes varietas de mõ ponẽdi vel negãdi paſſiões niſi cõ coꝛdaret eos iſta oſideratõ ſiue di ſtinctio Poſuerũt ſtoici paſſiões nõ cadé i ſapiété pꝑut Proſper impꝛo/ bat ex ſacri. lr̃is. Ariſt. ſilr eis p rões ab expiétia ſũptas otradiť Sꝫ in telligam' q̃d i re ſétiũt et eos ſtati ouenire videbim'. Cõcedũt ſtoici gaudiũ ſapiéti letitiã tollũt tanq̃ꝫ vanũ aliq̃d et ludicrũ nec ſeuerũ. Cõcedũt et ſapiéti amoꝛé virtutũ et odiũ vitioꝝ et ſpeꝫ bonã et fu/ gã vel hoꝛroꝛé inhoneſtati. alioq̃n nullũ in ſapiéte pl' q̃ꝫ in lapide v̈tu tis locũ linquãt. Negãt tñ in ſapié te timoꝛé miaꝫ dilectõeꝫ irã tanq̃ꝫ egritudines et moꝛbos animi pe/ ſtiferos ſic nõiat Cicero. in de tuſcu lanis. Sic ſentire viſus é Boe. dũ has q̃tuoꝛ paſſiões abijciédas in iq̃ſitõe v̈itatis metře iubet Tu q̃ꝫ ſi vis lũie claro cerné veꝝ. tramite recto carpe callé Gaudia pelle. pel le timoꝛé. nec doloꝛ aſſit ſpé q̃ꝫ fu/ gato. nubila més vincta q̃ꝫ frenis hec vbi regnant. Quis tñ exiſtima uerit boetiũ vel alteꝝ ſapiété nega uiſſe q̃n pl'es et varij ſint aiaꝝ nr̃a rũ ad virtutes et ad vitia ſpũales affc̃s Ecce q̃ dr̃a negatõis ꝛ oceſ ſiõis paſſionũ inť phos magis ex nõib' q̃ꝫ ex re pẽdere videť cũ v̈ra ſit oſideratõ nr̃a q̃ paſſiões ſuas ſuo mõ dicẽd' é hr̃e ſpũs rõnalis Siliť et ratio ſeu volũtas pꝑoꝛtõ naliť ad appetitũ ſenſitiũ dr̃ť tñ

## Conſideratio. xli:

PAſſiones ſpūales magis attē
dēde ſūt aīe ad deuotōnē vo
cate ꝗꝫ ſēſuales vt illas adipiſci et
ſm̄ eas affici mereaꝛ. Si eīm deuo/
tio eſt ſicut eſt eleuatio mētis ī deū
ꝑ piū et humilē affectū. vtiqꝫ iā af
fect⁹ ille nō eſt intelligēd⁹ eſſe ſolū
ſenſualis q̄ frequenꝛ nō eſt in nr̄a
ꝑtāte nec reſpicit iuſtū vt iuſtū eſt.
nec eſt ſoli⁹ volūtatis inſequentis
cognitionē portiōis inferioris ſpi⁹
rōnis aſpicientis fantaſmata licet
abſqꝫ fantaſmate. qm̄ hoc nondū
minꝰ in his laboribꝰ multas inedi/
as. nūc algore ↄſtringunť. nūc diſ
ſoluūtur ab eſtu. nūc a vētis ⁊ plu
uijs infeſtātur. adeo vt etc bn̄ inco
lumes crederenť i hmōi moleſtijs
ſuccūbē. ⁊ g̈ues oportē incurrē in
firmitates pēſata p̄cipue laboris
difficultate ⁊ indigētie magnitudi
ne. quā ocularit̄ i eis expimur dū
eſuriētes ⁊ ſitiētes ⁊ nudi i medijs
vehemētiſſimis frigoribꝰ incedūt.
vel etiā3 frequenť nudatis corpi/
bꝰ ad terrā ſedēt a mane vſq3 ad
veſperā Et hec oia patienť ſuſti/
nēt incōmoda ſperantes ⁊ deſide
rātes aliq̄d elemoſyne accipē. qua
ſpe nihilominꝰ frequēter fraudanť
vacui ad domū redeūtes Dū q3
eis aliq̄ certa largitio innoteſcit.
ↄſidera q̄nta celeitate q̄nto feruo
re illuc ↄfugiāt. ibi ꝓuerbiū ↄmūe
verū ꝓbať. q̄ nc̄citas facit anū cur
rere Suſcipe ergo o aia in te hāc
diligētiā petēdi elemoſynā ſpūa
lem. nihil hinc te auertat nec alibi
inhereas Sinaūt fraudari poteis
et abeſſe largitiōi celeſtis pr̄is. ad
inſtar pauperū illoꝝ deſidū q̄ per
vicos vl' cāpos diſcurētes vl' ver

bis vel factis inutilibꝰ ſe occupan
tes negligẽnt tẽpꝰ deuotiõis. tar
diꝰ aũt veniẽtes ⁊ putantes ſe ali/
q̄d accepturos repulſã accipẽt di/
cẽdo eis. Jte hinc. qm̄ elemoſyna
hec fc̄a ē Et ſic ɔfuſi ⁊ vacui rece/
derẽt cetẽis qꝫ paterẽt deriſui Jta
et tibi o fatua aĩa mea accidẽt ſi
tẽpꝰ tuũ inutilit̄ expẽdẽs duz ad
elemoſynã dei debẽs feſtinare. p̄ci
pue dñicis ⁊ feſtiuis diebꝰ ⁊ alias
dũ tibi fuerit oportunitas Jgno/
ras eni tẽpꝰ in q̄ deꝰ velit ſuã ele/
moſynã diſtribuẽ. an mane an ve/
ſpere an cito an tarde Et ſi vtriſqꝫ
his horis elemoſynã ſuã tribuẽit
tãto vberior ſb̄ſequet̄ fructꝰ Aia
Bonũ ē h̄ tuũ ɔſilium o hõ Uerꝝ
me ɔgnoſcẽ optẽt loca idonea in
q̄bꝰ vtilit̄ elẽoſynã iſtã q̄rã. ita ei
ꝑ eos de q̄bꝰ locutꝰ es pauꝑes fi
eri ɔſpicio Studioſe eni ⁊ cũ ma/
gna diſcretiõe loca exquirunt ad
q̄ſtũ oportũa. ſciẽtes qꝛ nõ paſſiꝫ
in q̄buſlibꝫ locis fructuoſus eſſet
queſtꝰ vt ſi tabernas aut alia ſuſ/
pecta ⁊ infamia loca frequẽtarẽt.
plurimum verbera ⁊ iniurias pro
elemoſyna recipent Et ideo in lo
cis ſacris ⁊ in ianuis diuitũ ſe pre
ſẽtãt. ibi qꝫ alõge nõ ingrediẽtes.
hũilit̄ elemoſynaꝫ petũt dicentes
panẽ ꝓpter deũ ¶ hõ Ad hoc tibi
rñdeo o aĩa qꝫ locꝰ diſtributõis tu
aꝝ elemoſynaꝝ ē in celꝭ vt p̄dixi ⁊
illuc te p̄t ⁊ debet ferre tuũ deſide
riũ Debes eni ɔſiderare tuũ deſi
deriũ ad ſilitudinẽ eq̄ volãtis. q̄lẽ

fuiſſe fingũt poete pegaſũ. cuiꝰ q̄/
dẽ eq̄ ale due ſũt. timor ⁊ ſpes. vel
ec̄ ad ſilitudinez currꝰ ignei. ſilis il
li in q̊ delatꝰ ē helyas in ꝑadiſum
t̄reſtrẽ Cuiꝰ rote q̄tuor. ſũt q̄tuor
ꝟtutes cardinales. equi ꝟo trabẽ
tes ſũt tres theologice ꝟtutes. au
riga ꝟo ē diſcretio Late diffuſe qꝫ
poſſet hec matẽia deduci. ꝫ ſb̄ hac
breuitate nũc trãſeo. Satis ſit ꝑ
hec innotuiſſe qꝫ tuo deſiderio te
valeb̄ q̊ voles ferre. ꝫ caute circũ
ſpice q̊ ꝑges Proficiſcẽ igit̄ ad ec
cleſiã celeſtẽ. ne tñ igredi p̄ſumas
in ſanctuariũ vel nimis ꝓpe altare
accedẽ Tibi ſufficiet ad pñs apud
ianuã reſidere. ibiqꝫ a remotis vo
ciferãdo elemoſynã petẽ ꝓpt̄ deũ
Jbi eni ſunt innumere manſiones
ſc̄oꝝ vbi potes oſtiatim ſilit̄ vehe
mẽti ɔ̄ſidẽio clamare ⁊ te q̄ſtuare
¶ Aia Rem facillimã factu puta/
ui o hõ hãc elemoſynã ɔſeq̄. audi/
ens ex te h̄ ſolo deſidẽio ferri poſ
ſe nec dũ huiꝰ negotij difficultatẽ
exꝑta. nũc ꝟo alit̄ inuenio qm̄ dũ
hec inferiora derelinquẽs in ſuꝑ/
na mea volui cõferri deſideria. m̄
ſuꝑuenerũt infinita impedimẽta.
adõ vt nihil difficiliꝰ factu iã cẽſe
am eo q̄d p̄us taꝫ facile iudicaui
Mox eni vt illuc ſurſũ ferri volo ꝑ
ſanctuz deſideriũ. exꝑior meũ deſi
deriũ aridũ ⁊ ſubito alio rſũ defle
xũ. nũc ad theatra nũc ad ſpecta/
cl̄a nũc huc nũc illuc nll̄a in eo ma
nẽte ɔſtãtia. ita ad oẽ q̄d occurrit
diſcurrit ⁊ peruolat nec vllibi quie/

ſcit atq̄ ita in me ipſa deficio ne/
ſciens aduerſus hec impedimēta
remediū efficax inuenire. quo red
di poſſim idonea ad petendum ſa
lutarē elemoſynam ¶ Hō Contin
gūt hec oīa tibi o aīa mea. qꝛ non
plene ſatis ac profunde adhuc tu
am agnoſcis paupꝑtatē ꝑiculū q̄
in q̄ v̄ſaris. q̄m ſi h̄ ad plenū cog/
noſcēs minime ꝑfecto ita perſtre/
peret in te ſenſualis appetit⁹. ꝛ ad
vana q̄libet diſtractus ſinceret tu
um ſc̄m d̄ſideriū diuellēt atꝫ diſcer
pere Et h̄ q̄dem intelligē poteris
paupeꝝ ſ̄ dictoꝝ exēplo Inſuꝑ ꝛ
eoꝝ q̄ carcerib⁹ pro crimine de ti/
nent̄. quoꝝ vtiq̄ ꝯtinua ē expecta
tio ꝯparēdi añ iudicē Quid ſane
tales abſq̄ intmiſſiōe deſiderāt niſi
ſuā liberationē? quātūq̄ in eis h̄
ferueat deſideriū teſtificāt exterio
ra q̄libꝫ ſigna verbis ꝛ opib⁹. nūc
apud iudicē nūc apud cauſaꝝ pa
tronos. nūc apud alios quoſlibet
q̄ ꝑſidio eſſe pn̄t exhibita Minime
ꝑfecto tūc eis ridē aut iocari li/
bet aut cū ſuis ꝯcaptiuis petulan
ter aut rixoſe ꝯuerſari q̄nimo tota
hūilitate de ſolis ſuis ꝑicul ꝛ miſe
rijs ꝯferūt. intra ſe pn̄iaꝫ amaram
agētes ſuſpirātes ꝛ gemētes Dic
g⁹ m̄ o aīa Nōne ꝛ tu vt a ꝑncipio
fatebare es captiua? Sꝫ in q̄ q̄ſo
carcē? Certe i carne. feda moleſta
plēa obſcuritate miſerie ꝛ pene ifi
nite n̄citati. de q̄ q̄dē carcē egreſſu
ra es et diſtricto tremēdoq̄ dei iu
dicio ſuꝑ tuis mōꝛlib⁹ crimib⁹ pn̄


tāda. vbi nō d̄ q̄libꝫ morte corpo
rali cauſa v̄ſabit̄ ſꝫ etn̄a Ignoras
aūt horā qua porta hui⁹ carceris
attollet̄ vt hinc egrediaris. Quō
igit̄ hec aīaduertēs potēis tua de
ſideria alioꝛſū conferre ꝑterq̄ ad
ſolicite petēdū auxiliū et liberatio
nē. ꝑſ̄tiꝫ cū videas hmōi pauꝑes
tanto ſtudio vacare imo et plerū/
q̄ ꝑ diē integrā in vno eodē q̄ lo
co reſidē ꝑ buccella panis ꝟ par/
uo aliquo denario obtinēdo? Cur
igit̄ nō illic figes plene deſideriū
tuū vbi ꝯſtat plenā ab omni malo
liberationē et ſecuritatē te idubie
repertura? ¶ Aia Talis ē fateor o
hō mea miſeria. tāt⁹q̄ me⁹ defect⁹
Et idcirco vacabo ex nūc. et cona
bor āpli⁹ mea illic deſideria colligē
Cognoſcis tn̄ ꝛ ꝑpēdis q̄m m̄ in
cūbit corꝑi intēdē ꝛ ꝑ ei⁹ ſuſtētatō
ne ꝛ alimēto frequēter impediri et
varijs inuolui laborib⁹. ſic q̄ pluri
mū deorſū in terris v̄ſari. cū ſurſū
merito mens tolli debēt. ꝛ ſuis ele
moſynis petēdis ſtudioſi⁹ intēdē
¶ Hō Nō ē ꝑfecto prudentis o
aīa ꝓprijs negotijs neglectis. alie
na ꝓſeq̄. atq̄ ita curā alteri⁹ gerē
vt hinc ſibi ipi iacturā afferat gra
uiſſimā Suſtēdādū q̄dem eſt atq̄
alēdū corp⁹ ſꝫ lōge minore diligē/
tia breuiore q̄ labore ac remiſſio
ri ſtudio id fieri poſſet. ꝛ debēt q̄
facias Hoc ſane ē qd̄ te turbat ꝛ
fallit qꝛ nimis ꝛ ſuꝑ q̄ poſtulat ne
ceſſitas corꝑi cōplacē curas ei q̄
diligēti⁹ ſeruire. nō attēdēs illi⁹ q̄

deordinatᵒ ſit appetitᵒ ꝙ̄ʒ inſolens ꝙ̄ʒ auidᵒ. imo inſatiabilis ſi illi ad plenū ac de oībᵒ rn̄dē curabꝭ Erit igiꝭ illi veſtitᵒ ne frigeat. alimētuʒ ꝛ paſtᵒne fame ſitiq̄ʒ pereat De re liq̄ ꝑ te ipſa ſolicita eris et velut prudēs et fidelis tibi ipi vacabis ¶ Aia Iſta volo q̄deʒ facē o hō ꝫ infeſtū m̄ nimis ē corpᵒ ꝛ ſatelli tes eiᵒ nec q̄uis mō volūt ɔtētari pn̄tibᵒ q̄nimo ſp reb ᵒnouis inhiāt atq̄ʒ indies ſibi aliq̄d deeſſe q̄runt Petūt oculi pulcra vndiq̄ʒ intueri in veſtibᵒ. in equis. i edificijs. cete ris q̄ʒ oībᵒ rebᵒ Plāgit os et im portune clamat dū ſibi vina ꝛ eſce modis oībᵒ exq̄ſite atʒ delicate de ficiūt Quid de auribᵒ dicā que va nis ſmonibᵒ detractoꝛijs ⁊ adula toꝛijs inſup ꝛ ſonoꝝ ꝛſonātijs atʒ alijs ſilibᵒ inumeris petulantijs ſa turari nullatenᵒ pn̄t? Sed heu q̄s linguaʒ frenabit a ſuo clamoroſo ac libero eloq̄o. quē q̄ſo ſtrepituʒ q̄ntū diſturbiuʒ quale murmur m̄ frequēter ɔcitat? Erubeſcerē pudē dos tactᵒ mores apire. cuiᵒ inſaci abilis ē appetitᵒ ad lubricas ꝛ fe das imo abomiabiles carnis de lectatiōes Ideoq̄ʒ affirmo tibi o hō nullū m̄ adeſſe poſſe deſideriū ſc̄m q̄d ſurſū valeat libē ꝑgē ꝛ volare his obuiātibᵒ diſturbijs q̄bᵒ intra hoſpitiū cordis mei experior velut forū q̄dd̄ ɔmune ac theatrū tu multuoſū q̄tiēs menti debēt dari quies ꝛ ꝑ ſc̄m deſideriū in celū de portari ad ea ꝑagēda q̄ ſuades

Hō Iā rn̄di tibi o aia atʒ demō ſtraui ꝙ hec impedimenta ſupare poteris atʒ ſecura et q̄eta ꝑterire ꝑ inteſū et vehemēs deſideriū ad tuā in tāto diſcrimie ſuētionē. vn̄ fiet vt ſub obtētu tā n̄carie ſuēti onis ɔtēnas plāctū et clamorē q̄n tūlibʒ infeſtū corpis ꝛ vaſalloꝛuʒ eiᵒ Et q̄uis exēpla q̄ ꝑceſſerūt me rito ad ꝫ ſufficeēt. accedūt tn̄ ad huc ꝛ alia Aia duerte ꝑcoꝛ ſi paup aliq̄s vnā ex ſuis ouibᵒ amiſerit vel ſi domᵒ ſua incēdio ꝑeat. vel ſi filiᵒ eiᵒ morti incumbat nōne mox oībᵒ ꝑtermiſſis ouē ſuā diligētiſſi me q̄rit ⁊ occurrit ſue domᵒ icēdio vel ſui filij piculo ɔſulere ſatagit? Minime tc̄ aduertit q̄d ſuū corpᵒ ⁊ ſatellites eiᵒ q̄ꝝ tātū dixiſti cē ſtre pitū. agāt. aut dicāt ꝫ oīa illa au re ſurda ꝑteriēs ſuo tm̄mō nego tio vacat. q̄nimo nec de q̄libʒ alia re loq̄ētē aliū quēlibʒ nec atten dit Cur igiꝭ ꝛ tu dū es letaliꝭ ſau ciata ꝛ ꝑdita ꝑ pc̄cm. inſup ꝛ tēta tiōibᵒ ꝑuis eſtuās nō poteris tuū ɔuertē deſideriū ad petēdū in tā to tuo piculo ſubſidium Caue ne tua culpa tibi ſis impedimento q̄ minᵒ ꝫ facē valeas. dū tuo corpi admiſtrādo. minᵒ prudenꝭ intēdis laxans ſibi nimis habenas. q̄rens illud nō ſolū nutrire ꝫ laſciue tra ctare atʒ oblectare nimis ſine mō Ign̄ fit vt te ꝛ illud ꝑdas et deſtru as ac tādē ec̄ cū illo peas ¶ Aia His a te dictis o hō neq̄o cōtra dicē ex q̄ vtiq̄ʒ ampliᵒ mea ꝑmax

ma.innoteſcit miſeria.qm̄ pret̄ hec
q̄ expoſuiſti ↄſidéo qđ dcm̄ ē i pu
eris. q̄s dū mr̄es aliqñ ſolitarios
relinquūt mirū videri pt̄ q̄nta de/
ſolatōe torq̄ant̄.q3 feruēti ec̄ deſi/
déio illas req̄rāt flētes inceſſant̄ ⁊
eiulātes.nec aliud q̄cq3 cogitātes
Quāto magis ego miſera merito
dolerē et in meo exardeſcerē deſi/
derio.dū mea culpa me video p/
didiſſe meū p̄rē3 celeſtē et ſua gr̄a
ꝓuatā q̄ ē mea mr̄ ⁊ nutrix Fertur
de multis q̄ parētib⁹ orbati vel ec̄
hereditate fraudati p̄rna.ſe ipos
pemerūt Legit̄ inſup de q̄3plimis
feminis q̄ a ſuis délicte maritis p
mortē ꝯ alias.ſibi ipis necē intulē
Ac ego heu infelix pſepe perpēdo
me p̄rem celeſtē offēdiſſe ac ꝓinde
a ſua p̄ntia legitime ꝓſcriptā ⁊ p̄r/
na hēditate eq̄ſſimo iure ꝓuatā.S3
⁊ is q̄ m̄ eſſ3 ſpōſus ob meas in/
ſolentias ⁊ lubricas feditates me
ↄtēnit abijcit et repellit Quotiēs
inuētū ē vt ꝓ amico pdito alt̄ ſibi
necē inferret Et q̄s tal' ac tāt⁹ ami
cus ſic dn̄s nr̄ Jhs xp̄s q̄ ꝓ mea
ſalute mortē ſuſcepit quā nec ꝓ me
ipa vellē ſuſtinē! Jtaq3 ſi hec ꝓp̄t
infortunia aut dāna tpalia fiant.
mēito in tāto meo ſp̄uali detrimē/
to mihi ipi dabo vexationē ero q3
ſup modū dolēs ⁊ triſtis Quo nō
obſtāte loq̄r ad te cōfident̄.et ex/
ponā q̄d in hac re aliqñ mihi ↄtin
gat Jnuenio eni dū p deſiderium
clamo ad dn̄m.et ad ſcos auxiliū
petēs.deſup nullā adeſſe ↄſolatio
nē.nullū meis nc̄itatib⁹ afferri p̄ſi/
diū Vñ fit vt remaneā apud me
frigidior ac min⁹ feruida ad eos
depcādū ⁊ orādū Rñ Nō hinc
miraberis o aīa. qm̄ ita diſponit
aut pmittit fieri de⁹ ꝓpter alteraz
cauſarū quas exponaz Vna qui/
dem eſt propter tuaz inſtructionē
vt ex hoc videlicet officiū mēdicā/
di tibi plenius innoteſcat Si enim
mox te petēte petita accipes tunc
vl' donū dei paruipendēs ad alia
facile tua diuertēs deſidēia.vl' dei
bn̄ficio ingrata ſuſceptum gr̄e mu
nus iuſta viciſſitudine pdēs.p qđ
et te diuinis redderes indignam
beneficijs Frequent̄ id fieri vide/
mus apud homines.vt his qui be
neficia cito ſuſcepta paruipendūt.
petita vel denegentur vel difficul
ter et tarde concedant̄.q̄ſi vana
et indigna ſit talib⁹ fc̄a donatio.
quēadmodū ec̄ mr̄ aliq̄tiēs infātē
ſuū ꝓpter ei⁹ abſentiā eiulātez ad
tēp⁹ relinq̄t ſoluz.vt poſtmodum
apud eā diligēti⁹ remaneat eiq3 in
hereat feruēti⁹ Cōtingit etiam vt
delectet aliqñ filioꝝ amorē p h̄ ex
periri.et expto dolore mr̄ne abſē/
tie maiorē ad eos excreſcē dilectio
nē Jta q̄ꝫ diuū indultuz differri
putādū ē aliqñ.vt hinc tua innote
ſcat diligētia hūilitas ⁊ patientia.
vnde perpenditur an vera ſit tua
paupertas an ficta Naz et ſic fieri
comperimus apud pauperes hu/
ius mundi quos p longā expecta
tionē tentari cernim⁹ an v̄a ſit vel

ſimulata eoꝛuꝫ paupertas Quos
eni deſides impatiētes et murmu/
rātes cū indignatiōe et cōtemptu
dilate donatiōis inſpicim⁹.hos in
dubie ſimulatoꝛes paupꝫtatis iudi
cam⁹ Ita ⁊ apđ q̄ſdā hypocritas
ꝯtingit q̄ ſe ip̄os intra ſe iuſtificāt
et cū ſe opulētos virtutib⁹ iudicēt
nulli⁹ diuini doni ſe egere p̄ſumūt
q̄uis verbo ten⁹ ꝯtrariū ſimulent
De⁹ aūt q̄ ſcrutat̄ ꝓfūda maris
hāc eoꝝ ſupbā ſimulationē agno
ſcēs p lōgā expectationē eos mi/
ſericoꝛdit̄ ad patiētiā et hūilitatē
reducit.dū in hac dilatiōe ſue mi/
ſerie atq̄ꝫ indigētie facit eē certio/
res ¶ Anima Quo q̄ſo fieri pōt o
hō vt aīa aliq̄ ſe diuitē et potētez
arbitret̄.que ſe tot miſerijs angu/
ſtijs carcerib⁹ indigētijs p̄iculiſq̄ꝫ
grauiſſimis videt obnoxiā! ¶ Hō
Merito ꝓfecto obſtupeſcis anima
ſuper hac temeritate ſuperbiſſima
Eſt nihilominus ita vt aſſerui.tuꝫ
propter negligētiam et incuriam
petendi auxilium deſuper. quam
vtiq̄ꝫ deſidiam minime incurreret
aīa ſi ei⁹ miſeriā et deficiētiā atten
dēt.tum ꝓpter ſūmā indignationē
quā aduerſus eos ꝯciperet q̄ ſibi
ſuā paupꝫtatē et miſerabilē cōditi
onē ꝯmemoꝛarēt.eā vt vere ē pec
catricē aſſerētes.quā nihilominus
verbis ſimulatoꝛijs ꝯfitetur Naꝫ
ſi ex cōſciētia vere humilitatis h̄
faceret.quid cauſe eē poſſꝫ vt eos
indigne ferret qui ꝓprie ſue ꝯſcien
tie teſtimonio cōcoꝛdarēt Nō mi/
rū igit̄ ſi talit̄ anima diſpoſita mi/
nime diuinū indultum ſuſcipiat et
gratie impetret alimoniā.cū ſe nec
illius indigētem recognoſcat imo
plena manu aduēiat petitura Ita
ſane nō iniuria repellūtur mēdici
queſtuarij ⁊ fraudulēti q̄ cū abū/
dare ꝯgnoſcātur ſe fingūt verbis
et ſignis mēdacib⁹ deficē ¶ Eſt et
altera cauſa cur nō ſtatim exaudit̄
aīa. vt videlicet ꝯgruo tp̄e ſ͞m oc
culta ſua iudicia deus tribuat qđ
mox ꝯcedē nō expediret vt vel ſic
aīa ſtudioſi⁹ vacet ⁊ ſine int̄miſſiōe
ſingul̄ hoꝛis ānonā celeſtē expectꝫ
et nō toꝛpeat certificata de tp̄e in
dubitato bn̄fice p̄ceptōis Eſt de
inceps ⁊ alia hui⁹ dilationis cauſa
vt ſic deus moꝛam faciens tūc p̄/
mū cū videbitur inurbanus dene/
gatoꝛ vberius ſua dona largitur
ſicut frequēter pauperi diuti⁹ tar/
danti et etiā iniurias ⁊ oppꝛobꝛia
humilit̄ ⁊ equanimit̄ tolerāti pin/
guioꝛ accedit largitio. ¶ Contin/
git etiam hinc rationabiliter pau
perem aliqueꝫ a p̄ceptione elemo
ſyne repelli.quia cognoſcitur alijs
que poſſet et deberet impendē pie
tatis officia denegare Ita nimirū
accidit anime cōtra pꝛoximum in/
durate que ſuis debitoꝛibus nihil
vult dimittere.nihil q̄ꝫ largiri pe/
tentibus Interdū etiā fit vt ſtudi
oſe pauperi alicui hoc ipſum neſci
enti larga manu ſuccurrat̄.ſubtilit̄
ac occulte ſua munera in domū ei⁹
iferēdo vt fecit beat⁹ nicola⁹ vl̄ ec

amicis suis tradēdo q̄ten⁹ ei ꝑ vt viderint oportunum fideliṫ admi/nistrēt Et h̄ fit plerūq3 dum talis p̄sumiṫ ꝑceptis donis nō bn̄ vsurus ē vel ad fastū ɔuersur⁹ vel ad voluptatē Potest ⁊ hmōi dilatio dispēsatiōe diuina ɔtingē q̄ maiora et largiora p̄mia refuat suo tēpo/re ɔferēda ad modū q̄ pr̄ filio nō statim hereditatē suā largiṫ sed ei vsq3 ad annos pubertatis legiti/ma ordinatiōe refuat Tardat eē aliqñ de⁹ petita largiri q2 cuz sint nimis exigua q̄ petunṫ vult con/gruo tpe maiora tribuē ad instar regi magnifici q̄ suū aliquē ɔpdile/ctū seruitorē hūile aliqd officium puta clietele petētē. non audit. volens et intēdēs eū ad altiora ꝓmouere Cōtingit p̄terea ideo eē aliqñ nō exaudiri petētē q2 ꝓpṫ ingrati/tudinem p̄teriti bn̄ficij se indignū fecit ad ꝑceptionē futuri. sic si pauper aliq̄s mox dū elemosynā acceperit se a donāte auertat nullam vicissitudinez honoris aut gratiarū actiōis ei retribuēs q̄ tn̄ āteq3 accipet sūmā hūilitatē fingebat Sed ⁊ fraudaṫ aliquando q̄s sue petitionis effectu quia mēs peten/do cogitatione vel locutōne auertiṫ a deo. ad terrena penit⁹ distra/cta. velut deo exhibēs manum ad recipiēdū. et ad mūdū faciez ɔuertens. qd̄ vtiq3 ꝑmaxime disconuenit paupi mēdicāti vł reo criminis elemosynā aut grām requirēti Cōtingit insup aliqñ q2 talē orātē hz de⁹ velut ꝓphanū ⁊ excōicatū. aut nolētē audire ipm loquētē in suis s̄monib⁹ ⁊ scripturis. sicq3 nimirū de⁹ talē spernit in suis petitiōibus Cōtingit deniq3 h̄ aliqñ q2 talētū creditū recōdit et nō multiplicaṫ ad intētionē donātis ꝑ bonū vsū illi⁹ quēadmodū pr̄ minime daret filio. C. libras ad vsū negotiationis. quem non speraret negocian/do alias cētū suplucraturum Est itaq3 nob̄ spūaľ negotiatō cū deo videlicet donis suis bn̄ vti et vigilanṫ opari Mira Sūt vt ex te audio o hō iudicia dei p̄mū admi/rabilia ⁊ circa meas petitiōes iu/stissima Aiaduerto eni q̄ frequenter de⁹ m̄ petita mea ɔcedēt irat⁹ multū ⁊ indignat⁹ qm̄ hec ɔcessio plerūq3 esset m̄ nociua et dānabiľ Magis itaq3 m̄ ɔuenit sepi⁹ tardare ⁊ dilationē ferre. nec ideo mltū aio exultare ⁊ ɔfidē si qñq3 me ꝑpendo exauditā. ne forsan hec sit mea merces et illa futura cēna iusto dei iuditio deneget. Nec eē iō parte ex altera nimiū deijci ⁊ ɔtristari si nō statim me ɔtingat exaudiri ē poti⁹ hinc ɔsolari ⁊ sperare qm̄ h̄ nouit de⁹ ad salutē meam expedire Cōprehēdo itaq3 ex caus q̄s exposuisti plures ɔditiōes in orone mea obs̄uādas Puta q̄ fiat studiose fructuose ⁊ veraciṫ absq3 fictōne. ꝑtestādo ⁊ recognoscēdo ꝓpriaz paupertatē et miseriā more paupez mendicoꝝ q̄ plene de/tegunt et declarant omnē suā im/

potētiā et leſionē ex h ſperātes fa/
cili⁹ ac celeri⁹ miaꝫ ꝯſeq̄ a diuitib⁹
ſibi qꝫ ſubueniri. imo ſub hoc inter
uētu tacent ⁊ occultāt quālibꝫ in
eis incolumitatē Erit inſuper orō
mea cū patiēti expectatiōe fiet qꝫ
intelligibilit ⁊ pſeuerant letant ſuſ
cipiet datū cū grāꝝ actiōe ⁊ bñfi
cij accepti p bonū vſū multiplica
tiōe ¶ Sed h īn duo ſurgūt dubia
Videm⁹ ei libēti⁹ abūdanti⁹ qꝫ ſb
ueniri a diſcretis ⁊ pijs diuitibus
paupib⁹ vēcūdis iconomis q̄ pu/
blice petē ex honeſtate formidāt.
qꝫ alijs publice ⁊ inuerecūde petē
tib⁹ ſuā qꝫ penuriā in apto pdicā
tib⁹ Videt ptēa plurimū oneroſū
ac tedioſū ſi tā frequēs tā qꝫ aſſi/
dua vt aſſeris dēat eē orō Vñ red
dunt ex h plimū paupes diuitib⁹
h⁹ ſeculi odioſi quia importune ni
mis petūt q̄i de nlł̄o ɔtenti nec cre
dētes dū petita denegant aſ ſcuſā
tur ¶ Nō Magna ē o aīa diuerſi/
tas hic ɔſiderāda int diuinā ⁊ hu
manā largitatē Primo q̄dē q̄ ad
notitiā. ideo eni diuites h⁹ ſecli de
denegāt aliq̄n mendicis palā petē
tibus qꝛ in ipſis plurimi ſunt dece/
ptores ⁊ ſimulatores q̄ datis ſibi
elemoſynis abutunt vel eē aliūde
abūdātes alieno non egēt auxilio
Et pꝑter hāc fraudē ſepe detrimē
tū ſuſtinēt veri ⁊ boni paupes Nō
ita res agit cū paupib⁹ iconomis
qꝫuis ⁊ illi ſecretā ſbuētionē a diui
tib⁹ ſperātes ſbtilit ſuas exponūt
aſ exponi faciūt nceſſitates lꝫ cū q̄dā

verecūdia q̄ aliq̄n ex ſupbia pce/
dit q̄ vtiqꝫ deteſtāda ē. aliq̄n autē
ex hūilitate q̄ eē hūilitate deū exo
rādo vti potes ⁊ debes Nō enim
tua pcca q̄b⁹ paup degis oīb⁹ de
tegis. ſꝫ his ſolis q̄ tibi poterūt eē
auxilio ⁊ ſub ſecreto q̄b⁹ cū de⁹ ea
velit ad tuā ſalutē prodi. ſi celata
ſuares pnicioſe ſupbie vtiqꝫ veni
res arguēda puta ſi i ɔfeſſiōe vita
tē tacēs Scdo ppēdit dcā diuer
ſitas q̄ntū ad donātis ptātē Im/
portūa eni petitio ideo diuites h⁹
ſeculi ɔtriſtat ⁊ a donando retra
hit qꝛ nō oīb⁹ ſubuenire pñt ⁊ cun/
ctis eoꝝ adeſſe defectib⁹. nec ei ad
h q̄ntūlibꝫ immēſe copie ſufficerēt
Alia lōge ē diuitiaꝝ ⁊ magnificē/
tie dei ɔditio. q̄ abſqꝫ detrimento
ſui oīb⁹ dat affluent pmptioꝛ qꝫ ē
ad dādū qꝫ ſum⁹ ad recipiēdum.
iōqꝫ vult te ſp eē p ſcm deſideriūꝫ
diſpoſitā ad ſuſcipiēduꝫ dona ſua
Quāto eni ea feruēti⁹ deſiderabis
et petes tāto abundāti⁹ accipies
ſicut q̄ ſoli corpali āplioꝛ aperit
aditus eo copioſi⁹ lumē ei⁹ pcipit
Laudabis igit dñm ⁊ pſeuerāter
imo inceſſant exorab. admodū qꝫ
caueb ne aliq̄n mēti ſurrepat de te
ipa grandis opinio q̄i diues ſatis
effecta ſis nō ampli⁹ egens mēdica/
re Quinimo quo plus augebit do
natio eo erit inſtātia frequētioꝛ q̄
niā tūc ampli⁹ egebis grā dei ad
conſeruationeꝫ donoꝝ ei⁹. inſup
⁊ ad bonū ⁊ legitimū vſū eoꝝūdē
ſine cui⁹ vtiqꝫ pſidio ɔtinuo mor

totū amitteres qđ ꝑus acceperas fierēt q̄ȝ deteriora nouiſſima ꝑori b⁹ ⁊ eſſes ſolito paupior Vñ fit vt null⁹ inueniat tā piculoſus tam q̄ȝ latens ⁊ inſidioſus hoſtis tuis pci piēdis elemoſynis q̄ȝ ſupbia q̄ vt plurimū expellit exufflat ⁊ abijcit de manib⁹ q̄cq̄d diuit⁹ conceſſū eſt Prudent̄ igit̄ ages tibi ab h̄ ho ſte toto ſtudio p̄cauēs. Anima Satiſfeciſti iā hō meis dubitatio nib⁹ reſtat vt rurſus te interrogē apud q̄s me ꝯferā ꝓ meis ſuſcipi endis elemoſynis. an ad deū a q̄ oē datū optimū ⁊ donū pfcm ſuf ficiat abſq̄ȝ medio ꝓficiſci Que in ſup ad h̄ hora ſit aptior ⁊ q̄s loc⁹ Hō Attēdē debes o anima q̄ꝑ egrot⁹ aliq̄s vil⁊ fcō⁹ aut ſcurra ⁊ morti ꝯdēnād⁹ vel q̄lib3 ali⁹ ſil̄is. neq̄q̄ȝ p̄ſumēt in ꝯſpectu alicui⁹ ex cellentis principis abſq̄ȝ medio ſe ipm exhibē. p̄cipue dū deputati ſīt ali q̄ tales audiāt ⁊ eis patrocini um impēdāt Tibi igit̄ ſuadeo vt mediatorē recipias ad ſcōs te cō uertēs. q̄ꝝ ſuffragijs apud deū te q̄ſtues Hoc ſane tua exigat hūili tas. h̄ fieri vult de⁹ ad honorē ſan ctoꝝ Cōſidera h̄ in curia alicuius regis. in q̄ forefactor aliq̄s forane us q̄ videl3 nō ē curie domeſticus nō ſtatim ad regis p̄ntiā ſe ꝯfert. ȝ ad aliquē domeſticum curie Et aliq̄tiēs ſtudioſe q̄ret ex minimis vnū puta ianitorē p quē ad maio res ꝯrigat̄. et ſic tādē vſq̄ȝ ad re gē ꝑueniat Nec tibi mouebis ſcru pulū dū aliquē ſcōꝝ ſpēalit̄ tuum mediatorē recipies. q̄ſi ceteri de h̄ velut inuidi turbētur Tanta q̄ppe caritas ac dilectio vīgt̄ apud eos vt eoꝝ penit⁹ ſit idē velle. atq̄ȝ p h̄ quod vn⁹ orat ⁊ deſiderat. orat et deſiderat alter Liberū ergo erit tibi ꝓ tua deuotione ad quēcūq̄ȝ ſcm ſpēalit̄ recurrē in tuis oportu nitatib⁹. ſcdm q̄ꝑ ad h̄ te inclinabit ꝯſideratio v̄tutū ⁊ donoꝝ q̄s in tali ſcō ꝯgnoſcis floruiſſe Cui qui dē ſcō ꝯſulto te ꝯmittes tāq̄ȝ tuo ꝓtectori ac directori. nec tñ ꝓptēa cetēoꝝ negliges auxilia poſtulaē Queſiſti āt q̄s ad interpellādos ſcōs loc⁹ habeat̄ idone⁹ Eſt ꝑfe cto ois loc⁹ apt⁹ oꝛoni dei. et inte ceſſioni ſcōꝝ Tēpla tñ deo ⁊ ſcis dedicata ſpēali ꝯgruitate ad h̄ de putant̄. in q̄b⁹ qm̄ cōi noīe totius ecclie fiūt oꝛones. ſūt v̄tute ⁊ meri to p̄ſtātiores Sic ⁊ de tpe đ q̄ ec mouiſti q̄ſtionē ſentiēdū ē arbitror Deputati ſūt quidē ad oꝛonē ſpe cialit̄ feſti dies ⁊ ſolēnes. q̄b⁹ etiā frequēti⁹ dona grāꝝ diuit⁹ imitti credunt̄ Expimēto eni certiſſimo didicerūt plurimi dieb⁹ his vberi⁹ ſe diuit⁹ adiutos ⁊ ꝯſolatos. nec h⁹ aliā ſcirent aſſignare rōnē p̄ter diuīā magnificētiā ⁊ liberalitatē3. inſuper ⁊ ſanctoꝝ intceſſionem co pioſā Anima Vellē preter hec adhuc o homo ex te informari ſi mihi liceat ⁊ expediat pios homi nes adhuc in ſeculo viuentes de precari atq̄ȝ etiam in eorum inter

ceſſiōibus ɔſidē ꝑtim qꝛ meo iu/
dicio in pñti exilio nēo eſt q̃ ſuper/
abundet et nō ſatis opꝰ hēat his
q̃ poſſidet. vix qꝫ ſibi ſufficiat vnꝰ/
q̃ſqꝫ vt ꝓ ſe oret ꝓ ſe ipo. ¶ Hō
Tā grata tā dilc̄a deo ē charitas
mutua fratrū o aīa. vt eis māda/
tū dedēit ꝓ inuicē orare Et cōtin
git ꝙ vnꝰ exaudiat orās ꝓ altero
q̃ nō exaudiret orās ꝓ ſe ipo. hac
ni fallor rōne qꝛ is alt̄ ꝓ q̃ orat eſt
in caritate. cū tñ ipe q̃ orat ſit pec
cato mōꝛli obnoxiꝰ ꝛ grā ꝑuatus
Sꝫ ꝛ optimo iure voles vt ex ore
infantiū tua depc̄atio dirigat̄ i cō
ſpectu dñi etiā ſi qd dicāt penitus
ignorēt. dicēdo pr̄ nr̄ pro te ꝛ ad
tuā inſtātiā Facti eni ſt̄ ꝑ regenēa
tiōis lauacrū filij adoptiōis ꝛ re/
gni. ac ꝑ h̄ deo in ſuis orōnibꝰ ac
cepti. ſic ſi filiꝰ regis nōdū ānos i/
telligētie attingēs offerat pr̄i ſup
plicationē alicuiꝰ malefactoris. nō
vtiqꝫ repellet̄ a pr̄e vacuꝰ. et ſi ne/
ſciat qd ipa res importet Quā ꝓ
fecto ſupplicationē ſi ꝑ ſe malefc̄oꝛ
porrexiſſꝫ mox a facie regis eiectꝰ
grauiorē forſan indignationeꝫ in
curriſſet Hac ɔſideratiōe mota ꝑ
ſona q̄dā m̄ nota ꝑ pueros inno
cētes pro ſe orari ꝛ dici pr̄ nr̄ diſ/
ponebat Et licꝫ vt dicis vix ſatis
q̄libet ſibi ſufficiat. nihil tñ iuſto ⁊
cuilibꝫ alteri deperit dū pro alijs
orat. q̄nimo ex charitate h̄ faciens
apud deū abundant̄ in merito ꝓ/
ficit Cōſidera etiā q̄s aditꝰ eſt iu
ſtis apud deū exorādū. ꝑ miracl'a
que legimꝰ vicibꝰ innumēis ad eo
rū pces fc̄a Cōſidēa inſup ꝙ q̄n
tūcunqꝫ q̄uis pccōꝛ ſi id boni face
ret qd iuſtꝰ q̄libꝫ etiāſi tm̄ ad ho/
rā fecerit. ita moriēs indubie ſal
uaret̄ Quātū ergo valebit depca
tio iuſti aſſidua. q̃ xxx vel xl vl' plu
ribꝰ ānis in bona vita ꝑſeuerauit
ꝛ profecit ¶ Dia Bene m̄ prorſus
hec q̃ dicis placent o hō atꝫ tecū
ſentio. ꝙ frequent̄ miſēicors deus
alicui ſbuenit nō ad ſuas ſꝫ alteriꝰ
pces. q̄uis h̄ ita fieri is q̃ iuuatur
ignoret Ita inq̄m ſentio ꝛ ſentire
debeo indeqꝫ maiorē hūilitatē cō
cipe Sꝫ ꝛ ꝓpter h̄ iā ɔgnoſco plī/
mū ad ſalutē ꝓdeſſe pro inuicem
orare. idqꝫ fieri ab inuicē expoſcē.
ꝑtim qꝛ ſtabit aliquē ad horā eē
in grā altero nō exñte Vꝫ ſi vterqꝫ
ſit in grā. tāto cēſebit orō āplius
vndiqꝫ valitura Hoc eni ɔſidero
in elemoſyna dū ꝑ aliū fieri māda
tur q̃ vtiqꝫ fructuoſa erit ſi alt̄ eo
rū fuerit in grā ſcꝫ vel mādās vel
exequēs. fructuoſioꝛ tñ ſi vtqꝫ Sꝫ
ꝛ oculuꝫ cōuerto ad illos q̄ſtuari
os ꝛ ꝓcuratores hoſpitaliū ⁊ cap
tiuoꝝ q̄bꝰ ſatis abūde qꝫ dat̄ eo/
rū intuitu pro q̄bꝰ petūt. cū tñ ni/
hil eis pro ſe petentibꝰ daret̄ imo
forſitan turpit̄ abigerent̄ Et nihi/
lominꝰ hi q̄ſtuarij ꝑtē diſtributio/
nis accipiūt Ita ſane cōcipio mul
tū vtile ac tutū eē ꝓ alio ꝛ ꝓ inuicē
orare Sic eē in corꝑe mēbra ſe in
uicē iuuāt ꝛ mutuo tribuūt alimētū
dū ſanguis ꝛ ſpūs ab vno defert̄

ad alte℞ Ita ꝛ in corpore mystico
ꝛ spūali qḋ ē ecc̄ia. vita grē deri/
uatur a capite xp̄o ꝑ gloriosā ei⁹
matrē q̄ ē velut collū et ꝑ ceteros
ſc̄os dei et q̄ſlibet alios q̊quo mō
ad corp⁹ h̄ myſticū ꝑtinentes Vn̄
etiā rurſ⁹ ꝯcipio ꝙ ſp ꝓficit oro̅ fa
cta ꝓ ex̄ntib⁹ in purgatorio. q̄s cō
ſtat eſſe in grā Si p̄tea nihil p̄ter
diuinū mādatū mouēt ad orādū ꝓ
alte℞. adhuc ex h̄ ſic orare ꝓdeſſꝫ
Valet ec̄ ſp oro̅ noie ecc̄ie fc̄a. pu
ta cū dr̄ officiū canonicuꝫ vꝫ miſſa
celebrat Credo tn̄ ꝙ op⁹ penale
factū ꝓ altero ꝑ modū ſatiſfactio
nis nō eq̄ valet facieti ad ſatiſfa/
ciēdū ꝓ ſe ipo ſic ſi ex intētione h̄
tm̄ ꝓ ſe ipo facēt Pōt tn̄ ꝛ ſic pl⁹
vl eq̄ valē q̄tū ad meritū ꝛ glē in
cremētū Hō Sūt hec tua dicta
o aia et dictis meis et rōni ꝯſona
Ve℞ aliq̄d vnū adhuc mirabili⁹
ꝯſiderabis Frequēter eni vtilior ꝛ
efficatior ad impetrandū elemoſy
nā grē reddit oro̅ in cōi cetu pec/
cato℞ facta q̄ꝫ ſeorſū in p̄uato ſic
et elemoſinā corpalē ſecuri⁹ ꝛ ꝓm
pti⁹ ꝑcipiunt paupes min⁹ abiecti
min⁹ qꝫ debiles dū debiliorib⁹ de/
ſpectiorib⁹ ꝛ miſerabiliorib⁹ ſociati.
cōit cū eis petūt Ita vt inq̄t apl's
vbi abundauit pc̄cm ibi ſupabun/
dauit et grā Nō ergo fugiēdi ſūt
pc̄cores in ſuis orōnib⁹ niſi forſan
ſint ꝑ ecc̄iaꝫ excōicati Nec ſolum
corpalit h̄ mō cū pc̄corib⁹ ē cōi/
cādū imo et ſpūalit ꝓm mēteꝫ ſur
ſū cū eis in orone intētio ad deū
habēda ē Aia Volo igit amo/
do o hō ꝓ alijs et cū alijs orare
faciēdo q̄ſtū magni illi⁹ ac genera
lis hoſpitalr toti⁹ mundi in q̊ decū
būt innumerabiles egroti varijs
languorib⁹ laborātes Nemo q̄dē
hāc mortalē vitaꝫ ducēs ab h̄ ho/
ſpitali exēpt⁹ ē. ſic nec ab infirmita
te penit⁹ imunis licꝫ ꝓm pl⁹ ꝛ mi/
nus Vn̄ ſp m̄ adeſt oportunitas
q̄ſtū meū ꝓſequēdi ꝛ petēdi ſpū/
alē elemoſynā. tū ꝓ me. tū ꝓ alijs
aliq̄b⁹. tū ꝓ oīb⁹ in h̄ hoſpitali de
gētib⁹ p̄ꝑtim qꝛ id ceteri ꝓ me fa
ciūt et mutuū ſuffragiū cōis expo
ſcit caritas Si m̄ facultates ſuppe/
tūt ad vite h⁹ onēa ſuſtēdāda abſ
qꝫ graui et aſſiduo labore. ſurgit
h̄ haud dubie ſub deo h̄ p̄ncipalit
agēte ꝑ labores ꝛ opas alio℞ tā
p̄ncipū q̄ tuētur ꝛ ꝓtegūt. q̄ꝫ mino
rū q̄ laborāt ꝛ ꝓcurāt Qḋ ꝛ ḋ bo
nis ſpūalib⁹ ſētire debeo Incūbit
ec̄ m̄ frequēter i illū diriſſimū pur/
gatorij carcerē ingredi in q̊ pluri
me detinent paupes aie ḡuiſſimis
ardorib⁹ ac pēis intolerabilib⁹ af
flicte q̄ nec ſibi ip̄is opē ferre p̄nt
q̄ tn̄ ſua purgatōe ꝯpleta carcerē
hūc egreſſe atꝫ in glāꝫ aſſūpte ꝓ
me vtilit orare valebūt Cete℞ dic
m̄ hō ꝙ modū loquēdi obſuabo
hāc vt ꝓpoſui faciēdo meā q̄ſtuo/
ſā ꝓceſſiōe Hō Do h̄ tibi o aia
rn̄deo. ꝙ bn̄ atqꝫ intenſe deſidera
re ē vehemēt ac efficacit loq̄ Fit
qꝫ h̄ aliq̄n abſqꝫ exteiori q̄libꝫ ſo
no. aliq̄n āt erūpit exteri⁹ i gēitib⁹

et ſuſpirijs in plãctu in lacrimis in
manuũ torſiõe in ſublimatiõe ocu/
loꝝ in tũſiõe pectoris in clamori/
bus doloroſis abſqꝫ tñ diſcretiõe
ſmõis. eo pacto q̊ beſtie ⁊ infãtes
ſuos dolores inſinuãt Aliqñ do
vocal' exp̃mit orõ ꝑ aliquẽ aliũ fa
cta. ſic magnꝰ ille magr̃ ⁊ miniſter
magni hꝰ hoſpitalis de q̊ ſmo ha
bitꝰ eſt. nos orare docuit ⁊ dicẽ pr̃
nr̃ ⁊c. Vñ hec erit p̃cipua ⁊ ſpecia/
lior nr̃a orõ vtpote oĩm a dõ le/
gitime petẽdoꝝ cõp̃heñua. ei qꝫ q̊
illã inſtituit acceptior ac ꝑ h̃ exau
dibilior Aliq̃ties aũt intromitten
dꝰ eſt luctꝰ ⁊ dolor et animi ſobria
tñ et hũilis letitia ſuſcipiẽda. in q̃
aĩa ſue pauꝑtatis aliq̃ntulũ obli
ta ſuſpẽdit in diuas laudes ⁊ me/
ditabit magnalia dei et ſanctoꝝ
ſuoꝝ Hꝰ vides exẽplũ in magnis
ſolennitatibꝰ domoꝝ curialiũ. q̃
dũ celebrant aſſũt et paupes exte
riꝰ nõ vtiqꝫ otinue ꝓ elemoſyna
q̃ruloſe ꝓclamãtes. imo in ianuis
morã faciẽtes ſtudioſe q̃ illic fiunt
ocul' atꝫ auribꝰ exploꝛãt de q̃bus
inuicẽ oferũt ⁊ nihilominꝰ poſt hec
elemoſynã ꝑcipiũt Inſuꝑ videas
et alios aliq̃s in ſua pauꝑtate cũ
muſicis inſtrumẽtis ludẽtes aut ca
nẽtes nũc cũ muſa nũc cũ vigella
nũc cũ cymbalo ⁊c. Qꝰ ogratulã/
tur diuites ⁊ dñi ꝑ h̃ eoꝝ omẽda
bilẽ patiẽtiã conſcientes dũ eos in
ſua ſimplicitate et hũilitate videt
eq̃nimes et iocũdos nec eoꝝ inui
dẽtes imo ogaudẽtes fortunis. ſic



et in natiuitate filij regis oẽs de/
bẽt exultare oẽſqꝫ ofluẽ Sꝫ ⁊ ali
qñ aduenitũt paupes gr̃as ꝓ ſuſ/
ceptis elemoſynis reddituri. q̃bꝰ
nihilominꝰ eq̃ vl' abũdãtior elemo
ſyna tribuit vt ceteris petentibus
Quibuſdã ec̃ aliq̃ndo ſufficit vt ſe
ip̃os tm̃mõ p̃ñtes exhibeant et ſu
as detegãt plagas Sed et timpa
nũ aliqñ vl' ſonoꝝ q̃dlibꝫ aliud in
ſtrumẽtũ ꝑferũt. vt hinc vel defe/
ctũ clamoris ſuppleãt. vel maiorẽ
ꝓuocẽt cõpaſſionẽ Sũt ⁊ alij qui
maiorez ſimulãt pauꝑtatẽ ſe ip̃os
vel verberãdo vel lacerãdo. ſic et
q̃dã deuoti ſibi inferũt vel inferri
faciũt diſciplinas ⁊ correctiones
q̃bꝰ emolliat duricia cordis eoꝝ.
et ꝓuocent ad deuotionẽ et pieta
tẽ Ex his ſatis apte potes intelli/
gẽ q̃ꝫ varij ſunt modi ſe apud deũ
⁊ ſc̃os q̃ſtuandi nũc in dolore ⁊ ti
more diue iuſticie nũc in letitia et
cõſolatiõe ſpei ſue. nũc inſuꝑ et in
gr̃aꝝ actiõe laude veneratiõe atꝫ
dilc̃iõe ſue bonitatis et largitatis
Et h̃ fit non mõ voce hũana imo
ec̃ alijs ſonis q̃bꝰ vtit eccl̃ia puta
cãpanaꝝ ⁊ organoꝝ. nihil q̃ppe ẽ
q̃d nõ legitime poſſis ad tuã vti
litatẽ cõuertẽ. et ꝑ h̃ te reddẽ ido
neã ad ſuſceptionẽ ſp̃ualis elemo/
ſyne diue gr̃e Sꝫ circa h̃ diligent
caue tibi ne deſpes ex põdẽ triſti/
cie. ne ve in ſblimitate leticie ſuper
bias Verũ vt ſb vno colligã om
nia. is orat aſſidue q̊ bonum q̃dli/
bet opꝰ bene facit ſcꝫ ad gloriam

dei ſiue ꝯmedat ſiue bibat ſiue ec
dormiat. qñ videlʒ ıdo q̄s ſe ſom
no tradit vt hinc poſtea dino red
dat aptior obſeq̄o ¶ Dia Scirē li
bent o hō cur freq̄nter ſub forma
or̄onis dicunt plures pſalmi qui
nihil vt plurimū ad rē ꝑtinēt ꝓ q̄
orādū ē Sepeqʒ accidit vt is qui
hos pſalmos canit ⁊ dicit ignarꝰ
eſt ⁊ indoctꝰ/ ſmonē latinum igno
rās. ac ꝑ h̄ nullū pſalmoꝝ hn̄s itel
lectū ¶ Mō Jta ē aīa. nō ei ſꝑ vni/
formis ē impetrādi modꝰ vt circa
ſcl'i p̄ncipes aliq̄lr̄ ē ſupiꝰ declara
tū. qđ ⁊ hugo de ſcō victore latiꝰ
declarat Et ꝓ ꝯpēdio tria ſūt q̄
p̄cipue ꝯferūt ad inclinādū maio
ris alicuiꝰ animū ⁊ fauorē illiꝰ ꝓcu
rādū ad ſuū ſubditū ¶ Vnū ē dū
ſbditꝰ ip̄e illū vehemēter laudat ⁊
vtutes eiꝰ extollit. magnitudinē
opulētiā. bonitatē. māſuetudinē.
largitatē qʒ p̄dicat Et ꝑ hūc mo
dū or̄o dirigit ad deū non exp̄ſſe
aliq̄d ab eo petēdo. ſʒ tm̄mō pio ⁊
hūili corde laudes eiꝰ depromēdo
puta dicēdo q̄ʒ piꝰ q̄ʒ magnificꝰ q̄ʒ
māſuetꝰ q̄ʒ benignꝰ es dn̄e ⁊ ſic de
alijs eiꝰ infinitis laudibꝰ ¶ Alteꝝ ē
dū illi aduerſarioꝝ ſiue hominū
ſiue demonū ꝯmemorat tyrānica
crudelitas. ꝑ quē modū pl'es ora/
tiões tradunt in pſalterio ¶ Terci
um ē dū is q̄ impetrare deſiderat
ſuā ꝓteſtat miſeriā pauꝑtatē ⁊ an
guſtiā. ꝯmemorās ſe cū ſit debil
⁊ imbecill oī ope oī ꝯſolatōe deſti
tutū. et hec eadē aliqñ ı alijs eē cō

memorat. Ꝓpt̄ qđ nullū ſibi ab ho
mine ſʒ a deo ſolo expectat auxili/
um Et fit aliqñ hmōi or̄o abſqʒ
exp̄ſſa aliq̄ petitiōe nude ⁊ ſimpli
cit tales ⁊ ſiles defectꝰ ⁊ nc̄itates
aꝑiēdo Et h̄ vl' qꝛ ſe indignū im/
petratōe iudicat. vel qꝛ ꝓpt̄ eiꝰ ma
gnitudinē rē deſideratā nō audet
exp̄mē Qui diligent ſcrutat ſcp̄tu
ras nihil in eis inueniet qđ nō ad
alterū hoꝝ triū modoꝝ orādi re/
duci poſſit Suꝑ q̄ adiūgo ꝙ nec
in orādo ſꝑ vno modo diſponit
orātis affectio ſeu deſideriū. quin/
imo multifarie variat ⁊ nihilomi/
nꝰ manet recta ⁊ fructuoſa quēad
modū ip̄a or̄o. q̄ ad veritatē nihil
aliud ē q̄ʒ hūil ⁊ deuota affectio i
deū finaliter relata ¶ Aliqñ igit ſi/
ſtit affectio in q̄dā ꝓfūda reuerēn
tia ⁊ ſbiectōne ad deū. diuinam ex
vna ꝑte ꝯſiderās altitudinē ⁊ ex
alia miſeriā fragilitatis hūane ſi/
cut ſi aliq̄ hūilis ꝑſona magnum
aliquē impatorē hr̄et obuiū mox
ſe diligent retrahēt ⁊ ꝓfūde incli
naret. tota qʒ tremebūda ſe q̄ad
poſſet ı ſuū cōtrahēt locū Plerū
qʒ āt affectio reſidet ı tiore dū tre
mēda dei iudicia ꝓfūde ꝯſiderat
q̄ aduēſꝰ impios h̄ ⁊ apđ inferos
exercet. ſic cū p̄nceps aliq̄s aduer
ſꝰ ſuos ſuitoēs ꝗuit indignāi ꝑci
pit. ceteri oēs ꝯtremiſcūt ec ſi nul
lius offēſe ſibi ꝯſcij ſint ¶ Eſt ⁊ aliꝰ
affectiōis modꝰ q̄ ꝑ ꝯſideratiōnē
ꝓprioꝝ defectuū q̄bꝰ nr̄is viribꝰ
occurri non p̄t. ſummā ſibi ſuadet

humilitatẽ ¶ Surgit et aliqñ in af
fectiõe mot⁹ vehementis anguſtie
atqꝫ anxietatis nimie. dũ ſe ꝗs ꝑ/
pendẽs vndiqꝫ diſcriminib⁹ inuo/
lutũ et circũductum remanet in ſe
ipſo ſtupid⁹. neſciẽs q̊ diuertat ⁊ q̃/
lr effugiat ¶ Erũpit etiaꝫ aliqñ in
affectu cordis mot⁹ ꝗdã languo/
ris q̃ ꝑmõe exꝑmi neq̃t. ſꝫ ſuſpirijs
gemitib⁹ ɔtinuis qꝫ planctib⁹ aut
etiã ſubitis ⁊ grauib⁹ clamorib⁹ in
noteſcit. ſicut de pueris ⁊ beſtijs in
tedio ɔſtitutis ſuꝑi⁹ exẽplificatuꝫ
eſt ¶ Ingerit qñqꝫ affectui mot⁹ ru
boris et verecũdie. dũ in mẽtẽ ve/
nit turpitudo et feditas ſui pecca
ti. inſuꝑ ⁊ ſua ingratitudo apud ce
leſtẽ p̃rẽ et dñm. a q̊ tot et tanta
bñficia ꝑcepta ſũt ¶ Cõcipit etiã
aliqñ affect⁹ odiũ q̃dã ſui ipſius
dũ ꝗs ſuos miſerabiles defect⁹ et
caſus ɔſiderãs ſibi ipſi diſplicet. ſe
qꝫ abominat ⁊ deteſtatur. adeo ꝙ
ad inſtar fetidi cadaueris ſibi ipſi
fiat intolerabil' ¶ Format ⁊ aliqñ
in ſe ipſo affect⁹ zelũ quẽdã et indi
gnationẽ laudabilẽ aduerſus pec/
cata ſua aut alioꝝ. et ob id ſe ipſm
ꝑ pñiaꝫ pſequitur ⁊ punit ¶ Eſt ⁊ af
fectio qñqꝫ zelotypa circa ſe ⁊ ali
os. ex q̊ fit vt ſtudioſe pccõꝝ diſ
crimina ⁊ oportunitates deuitare
conetur et q̃libꝫ ſalutis ſue aut ali/
ene detrimẽta repell'. ſic vir zelãs
vxorẽ cautã adhibet cuſtodiã ne
turpe aut ſuſpectũ admittat ɔſor
tiũ ¶ Cõmouet aliqñ anim⁹ affe/
ctu q̃dã pietatis et ɔpaſſionis ſeu
miſericordie ad ſe vel ad alios. q̃
ſurgit plerũqꝫ ex ɔmẽoratiõe hũa/
ne fragilitatis ꝑte ex vna. ⁊ ꝑiculo
rũ ꝗb⁹ oẽs incũbim⁹ ꝑte ex altera
vbi nihilomin⁹ pauca vel nulla ex
nobis ꝑata ſũt remedia ¶ Suſpẽ
dit aliqñ affect⁹ in admirationem
grandẽ. dũ videlꝫ altitudinẽ diui
tiaꝝ ſapie ⁊ ſcie dei vel inɔphẽſibi
liũ iudicioꝝ ei⁹ ad mẽtẽ reuocat.
in tantũ qꝫ aliq̃tiẽs hec meditatio
mẽtẽ ad ſe aduocat et ſurſũ rapit
vt ſenſũ ⁊ memoriã delinq̃t et fiat
velut deſipiẽs ⁊ inſana ¶ Cõcipit
aliqñ in affectu mot⁹ ſcẽ ɔſciẽtie et
bone ſpei in deũ ⁊ ſcõs. dũ ea ꝑci
pue bñficia ſue largitat' recogitã/
tur ꝗb⁹ nos adiuuãt et tuent ¶ Ac
cedit aliqñ eiuſdẽ ex ſuoꝝ malefici
orũ ɔmemoratiõe pñie et cõtritio
nis affectio ¶ Suꝑuenit etiã qñqꝫ
in affectu mot⁹ cuiuſdã bone deſpe
ratiõis dũ ɔſiderãs ꝙ vana ſpes
ẽ hoĩs. in ſolũ deũ ſe ꝓijcit. eiqꝫ ſoli
finalit ⁊ ꝑncipalit inhẽt ¶ Orit qñ/
qꝫ in affectu mot⁹ horroris et ab/
ominationis ſurgens ex conſidera
tione vilitatis ⁊ turpitudinis pcci
quã turpitudinẽ facit hec affectio
ꝑ os euomere ꝑ ſincerã ɔfeſſionẽ
¶ Subintrat qñqꝫ affectum mot⁹
ſci deſiderij vel ſcẽ cupiditatis ve/
niẽs ex ɔſideratõe diuine pulcritu
dis ⁊ excellẽtie gl'e celeſtis. ad q̃m
videdã ⁊ habẽdam totis aſpirat
conatib⁹ ¶ Ingredit aliqñ mẽteꝫ
affectio q̃daꝫ letitie ſpũal' ⁊ ſobrie
cuiuſdã ɔplacẽtie q̃m ſibi legitime

## De mendicitate ſpirituali ſiue colloquio

ſuadet dñ ſibi ꝯplacere ꝑpẽdit in
deo dño et in gl'a ei⁹. inſup ⁊ in q̄/
buſlibꝫ ſuis oꝑib⁹ Que q̄deꝫ ſpũ
alis iocũditas aliq̄tiẽs in tãtũ ro
bur excreſcit vt ꝟbis exꝓmi mime
q̄at. ꝫ ſub ſignis q̄buſdã ad extra
prorũpit vtputa ſꝫ iocũdis ſuſpi
rĳs ⁊ gaudioſis ſingultib⁹ Uoca
tur aũt hec plerũqꝫ affectio/mẽtis
intña iubilatio ſeu exultatio ¶ Ex/
urgit aliqñ affectio laudis. bñdi/
ctiõis et glorificatiõis ꝯmemorã
do dignitatẽ dei ineſtimabileꝫ. et
aduocando creaturas oẽs vt lau
dẽt eũ ⁊ exultẽt ĩ noĩe ſc̄o ei⁹ Ad/
eſt etiã aliqñ affect⁹ recreatiõis in
diuinis bñficĳs. q̄ modis innume
ris in dies ꝑcipim⁹ ¶ Excitat̃ ali/
qñ affect⁹ in feruorem diuini amo
ris ꝑ ꝯſiderãtõnẽ immẽſe ſue bõita
tis Et ẽ altiſſima ꝑfectiſſima ⁊ di/
gniſſima in ceteris affectiõib⁹. ad
quã nihilomin⁹ tute ⁊ ꝑfecte hi ſo
li ꝑtingunt q̄ ꝓus in ceteris exerci
tati ſũt q̄ſi ꝑ illas purgati et ꝯue
nient̃ preꝑati qm̃ ſm declaratio/
nem beati bernꝫ. ꝑ illas oſculamur
pedes ⁊ man⁹. ꝑ hãc aũt ad oſcu/
lũ oris accedim⁹ Hec ſiq̄dẽ ſancta
affectio mẽtem deo ſũme approxi
mat et domeſticã facit ⁊ velut ſpõ
ſam ei copulat ¶ Ex plurib⁹ iã di/
ctis facile ꝑpẽdes. cur ſimplices ⁊
illr̃ati laudabilr̃ ⁊ fructuoſe ſuadẽ
tur frequent̃ dicẽ or̃ones q̄s mini
me intelligũt Hoc eni fit vel vt ꝫ
agẽtes deũ venerent̃ ꝯ laudẽt. aut
ei gr̃as ꝓ bñficĳs repẽdãt ſub ſã/

ctis ⁊ ſecretis ꝟbis ꝑ os ꝓphetarũ
et ſc̄oꝝ reuelatis. vel etiã vt eccl'e
obediãt aut ſuo ꝯfeſſori Accedũt
ec̄ ⁊ alie cauſe. q̄s perpẽdis adeſſe
dũ hmõi or̃ones deuote dicũtur
¶ Aia Declaraſti mihi iã o hõ q̄ꝫ
plurimos mẽdicitatis modos. in/
ſuꝑ ⁊ orãdi ⁊ varios affect⁹ formã
di doctrinã tradidiſti ꝑutilẽ. nũc
reſtat vt ex te audiaꝫ ſi q̄tidiana
mihi erit aliq̄ vna or̃o q̄ſt⁹ ve vn⁹
q̄tidian⁹ apud oẽs ſc̄os ſimul ob
ſuãd⁹. quas ec̄ elemoſynas ero in
hoc q̄ſtu petitura ¶ Hõ Poteris
aia in ꝫ modũ quẽlibꝫ obſeruare
ꝓut tibi videbit̃ magis oportu/
nũ magis qꝫ fructuoſũ ꝓ ꝯuenien
tia tẽporũ et locoꝝ ⁊ neceſſitatũ q̄
bus eris obnoxia. vl' altera q̄libꝫ
ꝑſona ꝓ qua orare voles ¶ De/
bes igit̃ toto ſtudio tota diligen
tia diſcẽ q̄ ſint ſeptẽ dona gr̃e ꝑ/
cipue ĩ tuis or̃onib⁹ petẽda. puta
ꝟtutes theologice fides ſpes cha
ritas. ⁊ ꝟtutes q̄tuor cardinales.
tꝑantia prudẽtia fortitudo ⁊ iuſti
cia. q̄ ſint inſuꝑ ſeptẽ ſpũſſc̄i dona.
ſeptẽ btitudines. ſeptẽ petitões in
or̃one dñica exꝓſſe. ſeptẽ mĩe oꝑa
ſpũalia et corꝑalia. decẽ ꝓcepta le
gis In his tua ꝟſabit̃ meditatõ ⁊
ſm tuã oportũitatẽ aduerſ⁹ mor
bos varios pc̄coꝝ et ꝑiculoꝝ ⁊ tẽ
tationuꝫ q̄b[...]e ſubiacere cogno/
ſces tuã formabis orationẽ Diri
ges ec̄ frequẽter oculũ tue ꝯſidẽra
tiõis ad illa ſeptẽ capitalia vicia
ad illos inſuꝑ multiplices defect⁹

quos in adminiſtratõe corꝑalium ſenſuũ quotidie incurrim⁹.⁊ ſic de aliis infinitis miſeriis Ad hec ple ni⁹ cognoſcẽda⁊ diſcernẽda ɔfert plurimũ ſũma viciorꝝ et virtutum q̃m quidã ſũmam regis appellant Poteris ꝓterea tuũ queſtũ diuidẽ in ſeptẽ ꝑtes ⁊ ſingulis ꝑtib⁹ ſin gulos deputare dies.puta vt ſin/ gulꝰ ſeptẽ dierꝝ.petitionẽ facias d̃ ſingulꝰ ſeptẽ donorꝝ.et ita de aliis oĩb⁹ in orõne petẽdis poteris or dinaĩ.et tibi quaſi legẽ regularem ad hoc ſtatuẽ Et nihilomin⁹ aliis vrgẽtib⁹ cauſis.extraordinarie po teris ad alia petẽda frequenꝰ cõ/ uerti Sic etiã celeſtẽ ciuitatẽ velut in ſeptem partes ſeu vicos diuidẽ et ꝑ ſingulos illos vicos ſingulis ſeptẽ dierꝝ diſcurrere et te q̃ſtuare Statues q̄ in vico vno btõs an/ gelos.in alio ꝓph̃as et pr̃iarchas xp̃i adhuc vẽturi ꝓcones.et ſic de aliis ꝓ vt tibi tua deuotio ſuade/ bit Poteris etiã iuxta dierꝝ ſolẽni um exigẽtiã recurſũ ad xp̃m facẽ ei⁹ q̄ myſteria ɔtẽplari.ac etiã ſã/ ctorũ q̃rꝝ celebranꝰ ſolẽnia.tũc q̄ deuoti⁹ſolito eorꝝ implorare ſubſi dia.eos q̄ apud alios facere me diatores Jam itaq̄ o aia abſq̄ ĩ termiſſione ꝓlixe ... is locuti ſum⁹ ɔuenit vt finẽ ſermoni tribuam⁹ce tera dieb⁹ poſter... reſeruãtes Nã ec̃ tẽp⁹ adeſt vt ad q̃ſtũ te ɔferas quẽ vtiq̄ practicãdo ſꝑ in hoc of ficio doctior fies.nõ mõ in his de quib⁹ exẽpla ſũt poſita pauꝑtatũ modis.verꝝ etiã aliis innumeris erudita Jta ſane ẽ omũe ꝓuerbiũ q̄ fabricãdo fabri ſim⁹ ¶ Aia Jta fiat vt ſuades o hõ Statuã itaq̄ i me ipa certũ ordinẽ ad elemoſynã petẽdũ.meas q̄ petitiões pro ne/ ceſſitatũ occurrẽtiũ oportunitate conabor iſtruere Nec tñ tibi mole ſtũ erit ſi nõ vniformẽ regulã in meis obſeruabo deꝓcatiõib⁹.q̃m abſq̄ ordine et menſura mihi mee inſurgũt pauꝑtates et indigentie pro quarũ exigẽtia mee ſũt penit⁹ orõnes inſtruende Quib⁹ etiã mo dus eſt nihilomin⁹ adhibẽd⁹. ſm qualitatẽ q̃b⁹ aut ꝓ q̃b⁹ me⁹ ẽ ſer mo dirigend⁹ Ceterũ vbi me defi cẽ videbis atq̄ torpeſcẽ velis ob nixe ꝓcor me dirigere. mihiq̄ ad/ eſſe ɔſilio atq̄ auxilio ¶ Hõ Libẽ ter id efficiã o aia De⁹ aũt tu⁹ ſit auxiliator.detq̄ tibi bñ ac prud ẽ/ ter orare.ita videlicet vt ei grata ſis.et bñ deſiderata quelib̄ impe tres Amen

**Explicit prima pars**

Sequitur ſecunda. in q̃
otinent̃ diuerſe oṙones ⁊ medita/
tiões aīe deuote ſm̃ diuerſas ma/
terias. que parū aut nihil deſerui
unt niſi iā deuotōi tōlit̃ mācipatis
et q̃ in ſe ipis expiunt̃ affectiones
virtutū. inſup et dei viſitationē cū
otēptu mūdi ¶ Incipiunt oṙones
et meditatiões deuote circa oṙo/
nē dñicā. Et pmo ſup pma petiti/
one ei' ſanctificet̃ nomē tuū

V Voluiſti dñe de' omnipo
tēs. vt te orantes pr̃em
appellemus Hoc itaqꝫ
ſuppoſito te depcor. ſci
ficet̃ h nome ⁊ ofirmet̃ in me. h ē
vt pſeuerant̃ tua ſim filia Alias ei
qūo mihi pr̃ eris ſi tua eē filia de/
ſiero? Mutuo ſe pfecto ponūt hec
noia O q̃ntū detrimētū eſt talem
amittere pr̃ez. q̃ etiā ignominia il
lū offendē vel ei nō ſuire Qñ q̄ſo
hūc vidē potero pr̃em in ſuo pal/
latio q̃ iā verſor i h exilio miſeran
do Qñ illa m̄ reſuata ſua heredi/
te potiar Quādo ſtatuar i illa ſua
aula regia imperiali palatio que
iam duriſſime ſuz carcerata et va
rijs circūdata bellicis impugnati
onibus cuz tñ ſim regis imo talis
regis filia? Quo auſu temerario
gen' meū. meā nobilitatem obliuiſ
ſcar? Qua deniqꝫ inſania me velut
ſcortū corruptorib' exponaz. cor/
ruptorib' inq̄m toti' caſtitatis p
ditorib'. aduerſarijs meis ⁊ pr̃is
mei? Quā ptēa fiduciā debeo oci
pere ofugiendi ad talē pr̃ez. tam
opulētū tā ſapiētē tā benignū Cō
fident̃ illū inēpellabo q̃ pꝛo me di
lexit. null' meis qꝫ meritis me ſuā fi
liā appellare dignat' ē Et ſi illū ve
lut inobediēs ⁊ pueſa aliq̄tiēs of
fēderim. ſcio tñ q pro pcčo filie.
pr̄i pena ſufficiet exigua Si ab eo
panē petiuēo ad viuēdū. nūq̄d in/
dignant̃ atqꝫ iracūde mihi porri/
get lapidē. aut p ouo ſcorpionez
aut p piſce ſerpētē? Nō hec profe/
cto faciet. q̄ppe cui' h verbū ē ⁊ ex
emplū. qr parētes carnales non h
filijs ſuis faciūt. q̄nimo et tam bo
nis q̄z malis bona tribuet̃ ſoliti ſt̃
Noſter igit̃ pr̃ ſpūm ſuū dabit pe
tētib' Cū igit̃ te pr̃ez nr̃m appella
ri mādaueris. fiat vt iuſſiſti Te igi
tur per h nomē oteſtor. vt illud in
me ſcificet̃ ita. ne mētiar te pr̃em
appellās Nōne vtiqꝫ mendacij ar
guerer. ſi nō tua exñs filia te pr̃ez
appellarem? Hoc igit̃ te nūc pero
et exoro ſpēalit̃. vt tibi talis exiſtā
qualē me tibi eē voles Qđ ſi mihi
negauēis cū hoc veniret tuo detri
mento. quid aliud mihi donabis?
Quis q̄ſo pater ſue naturali filie
talia petēti denegabit? Nep etiā
pr̃ mi cū tua ſim filia. meaz oro cu
ſtodi caſtitatē meūqꝫ honorē Sic
me iclude. t'les adhibe cuſtodes ne
tui aduerſarij me valeāt corrūpe.
q qꝫ illos nō audiā vl̄ ad min' nō
exaudiaz Recedite recedite amo/
do ifideles et petulātes inimici in
fernales q̃ me vultis infamare. q̃ a
me dedec' atqꝫ ouſciū expoſcitis
Ignoratis vos que et q̄lis ego

ſim et cui vos loq̄mini? Ego eni ſū filia ſūmi regis/ vr̄i iudicis q̄ vos ↄdēnabit Qua igit̄ p̄ſūptiōe q̄rit. illi ſuā ſurripē filiā? Nūq̄d vob̄ au res p̄beo audit̄ces? O turpiſſimi vi liſſimi horribiliſſimi hoſtes. nūq̄d vobis aſſentiaȝ qui eſtis fallaces et mēdoſi? Nūquid vr̄o ſuaſu meū patrē derelinq̄m mea fraudabor hēditate. et vobiſcū me ip̄am eter nalit̄ ↄdēnabo? Hoc p̄fecto nll̄o pacto faciā Et ſi alias me nō inſe ſtatā nō dimiſeritis. ĩ qȝ vim facē volueritis. ſcitis quid factura ſim Adibo certe pr̄em meū et ei rem i ſinuabo. q̄ mihi vtiqȝ feret opē vt eruar a manib⁹ vr̄is. ac deinceps grauit̄ vos puniet

## Meditatio ⁊ oratio ſuper ſc̄da petitione oratōnis dñice Adueniat regnū tuū

Excellent̄ in h̄ ſuaȝ ad me dilectionē declarauit me⁹ pr̄ celeſtis. cū talē ac tātā dignitatē atqȝ excellētiā ĩ voluit indulgē. vt reg^m q̄ddā eximiū itra me collocauēit meo regimini ↄpu tatū In q̄ rō velut dña ac mgr̄a debȝ p̄ſidē. cetere aūt oēs vires ⁊ potētie illi parere ⁊ obſeq̄ Sȝ p̄fe cto nimis expior vere eē q̄d antiq̄ dcm̄ ē Vix ſine guerra erit q̄ terrā hȝ Reuera regnū h̄ie q̄ h̄mo. ↄti nue ⁊ inceſſant̄ p̄ſecutionē ⁊ impu gnatiōem patit̄ Nō ē viciū ꝰ pec catū q̄d non ip̄m hoſtilit̄ inuadat vimq̄ȝ omnē faciat ad ingreſſū p̄ ſenſuū q̄nq̄ȝ aditus. vt illic dñet̄ et impet Inſurgit ſupbia cū clamo re valido. et iactāter illic p̄ſumit dñari Inuidia ira et odiū cōueni unt. cū iuramēto affirmātes ſe illic māſionē ac reſidētiā facturas Ac cedit illa torpēs acidia. nullo pa cto ad diſceſſū ſuaſibil̄ Gula fedi ſima exercituȝ parat. ſuam qȝ illic vult inſtruē coq̄nā Luxuria furit. et affirmat q̄ regnū h̄ p̄ſus ↄſu met Auaricia cupida inſidioſe ſe ingerit. nec ſe hinc arbitrat̄ depel lēdā Atqȝ ita innumeri aliȷ ſurgūt tirāni. q̄ nll̄o ordine ȝ horribili cō fuſiōe ſatagūt in hoc regno dñari At ego illos repello illos abȷcio. clamās qȝ et ſuſpirās p̄teſtor hoc regnū ĩ datū a pr̄e meo. cū ſūmū nefas eſſȝ tl̄e traditamētū facē q̄ id regnū ſuis patēt hoſtib⁹ Sed heu q̄d me aut meā eſtimāt poten tiā. q̄ ſola ſine virib⁹ ſū deficiēs et miſera? Quid q̄ſo niſi a te pr̄e meo adiuta aduerſus hoſtes hos effi cere valebo? Aderis igit̄ pr̄ mi in regno tuo. et q̄ maneat inuictū illi feres p̄ſidiū Tuū p̄fecto ē. ip̄m ti bi tueq̄ȝ cuſtodie reſtituo Ita ſa ne ⁊ nō alias i me adueniēt regnū tuū ſp qȝ remanebit. alit̄ illud co gar amittē a deuaſtante angelo. eritq̄ȝ in illo ſempitern⁹ horror et eterna ↄfuſio

## Meditatio ⁊ oratio ſuper tertia petitione orōnis dñice Fiat volūtas tua ſic in celo

Domine de⁹ oīpotēs pr̄ opti me q̄ es i cel̄ ſiat volūtas tua

ſicut in celo et in terra Voluntas inq̄m tua qua ſ̄m viam mādato/ rū tuoꝝ vadā ego debilis paupꝑ ⁊ miſēa ad te potētiſſimū. inſipiētiſſi ma ad te ſapiētiſſimū. egrotiſſima ad te ſūmū medicū ac ſaluatorem Et qūo fiet iſtud dn̄e. niſi tua vo/ lūtas me oduxerit ⁊ traxerit ad ſe Cū ergo ita velis, etiam velim no lim tua volūtas fiat Vidi ſepius dn̄e. ꝙ pr̄ duxit ⁊ traxit filiū debi/ lē atꝫ ipotentē vl' ec̄ ſtolidū ad im plēdū volūtatē pr̄nā Ita q̄ſo pr̄ me trahē digneris ad te. nō me de relinq̄s in manu mei ꝯſilij nec mee me tradas volūtati. imo dū ober rare a tramite ꝟtutis me videb̄. re trahe me dn̄e de⁹ velut paupē ſto lidā cecā atꝫ impotētē. et h̄ ſiue ꝑ tuas ꝟgas aduerſitatis ſiue ꝑ dul corē ꝓſpitatis. ſiue ꝑ occulte inſpi ratiōis inſtinctū a tua bonitate. ſi/ ue ꝑ altā manū tue ptātis. ſiue per bonoꝝ tuoꝝ angeloꝝ vel etiā ho minū miſteriū. ſiue ꝑ quecūqꝫ ali/ um moduꝫ tibi placitum hoc tm̄ fac ne ꝑeā. ꝙ qꝫ tua de me ⁊ in me nō mea volūtas fiat et impleatur Quid poſſꝫ dn̄e ꝯueniēti⁹ atꝫ hui li⁹ paupꝑ ceca aut ſtolida petere a ſuo doctore ⁊ gubnatore. q̄ꝫ vt eā nō ꝑmittat ābulare ſ̄m ſuā temera riā intētionē in deſide̅rijs aīe ſue?

**Orō** eiuſdē ꝯcernēs iteꝝ hāc ꝟ/ tiā petitōnē ex alia ſiltudi ne ſūpta ſup h̄ ꝟbo In chāo ⁊ frēo

Sit dn̄e deus/ tuus ꝓpheta. ꝙ homo ꝯpat⁹ ē iumentis inſi/ piētib⁹ in q̄b⁹ nō ē intellect⁹ Qd̄ ſi ita ē. dirige me dn̄e velut beſtio/ lā indomitā. q̄ nō p̄t aut nō vult ꝑ ſe ipaꝫ domari. immittēs frenū in os meū. aut alias me ligab̄ ꝑ vt mihi op⁹erit dulcib⁹ illis ac ſoli dis vincul' tuaꝝ ꝟtutū ⁊ p̄cipue fu niculo triplici q̄ difficile rūpit̄. vi/ delꝫ fidei ſpei ⁊ charitatis Quidū ē dn̄e os meū. impone ſibi tēpātie et ſobrietatis frenū Indomita eſt lingua mea diſcola ⁊ vagabunda ꝑ multiloquiū ⁊ vanū. cōſtringe il lam freno ſilentij. atqꝫ ita fac circa ſingula membra mea Et q̄uis fre quenter tuo ductui renitar aliter aut alio volēs ire q̄ꝫ tu impellas: ad moduꝫ eq̄ laſciui q̄ ſibi dimiſſ⁹ frequēter impingēt. ne q̄ſo ꝓptea dn̄e ita ꝯtra me iraſcaris vt h̄ in/ dignatiōe me dēlinq̄s ⁊ ſinas ſ̄m impetū ꝓprie inclinatōis aut volū tatis incedē Ita eni mox impinge rē et me morti traderē doloroſe. more illorum q̄s te dicis dimiſiſſe ire ſ̄m deſideria cordis eoꝝ erat q̄ꝫ ꝑfecto illa diriſſima libertas. lō geqꝫ eligibilior atꝫ ſuauior eſt tua ſeruitus. tuaqꝫ ſubiectio

**Oratio ſuper hoc ver**

bo Sicut deſiderat ceru⁹ ad fōteꝫ

O Fons vite dn̄e de⁹ oipo tens. ego ſū illa paupꝑ laſ/ ſata. depulſa ⁊ vexata que ad inſtar ceruí deſiderat venire et reuerti ad te. vt ſit mihi recreatio ꝯtra nimiū calorē atꝫ ardētem ſi/ tim quā mihi illi infernales intule rūt inimici/ me ꝑ deſtū hui⁹ mūdi ꝯtinue inſequentes cum turba nu/ meroſa canū ferociſſimoꝝ mordē

tiũ et lacerãtiũ. Qua ꝓpẽ vagabũ-da nõ inueniẽs reqẽm ꝑ h deſer-tũ diſcurro Sũt aũt hi canes cu-re ille diuerſe ac ſolicitudines mũ-dane q̃ varijs modis me mordẽt ⁊ lacerãt. q̃b' pl'imũ turbor ⁊ eua-gor in deſerto p̃dcõ nuſq̃ꝫ reqẽm inueniẽs nec ãpli' reſpirare valeo niſi venero ad te q̃ es fons vite ⁊ refugij loc'. in q̃ mihi erit refugiũ et ſecu-ritas

¶ **Meditatio et ora-tio diuiſa ꝑ partes ſuper q̃rta peti-tione orõnis dñice Panem noſtrũ q̃tidianum da nobis hodie**

que gaudiũ et amorem ſignificat.
qm̄ vertit̃ ad celos vbi nihil quod
non ſit gaudium exercet̃. Glorioſa
inquit pſalmiſta dicta ſunt de te ci/
uitas dei. Sicut letantiũ omniũ ha
bitatio eſt in te. Ac ꝑinde reſonan/
tiũ ab. a. vocali prima gaudio vel
amore nr̃m gamma tanq̄ȝ a digni/
ori ſumit initiũ. Ceterũ collocamꝰ
in extrema ꝓfunditate deorſum. v
vocalem que deſignat dolorem et
odiũ. Nam profundũ inferni quid
aliud ſonat vbi dolor et fletus et
ſtridor dentium. odium quoq̄ȝ ꝑti
nax dei ſanctorũ ſanctarũ q̄ȝ omniũ
Ponimus ſubinde in tono ſub bra
chio dextro. e. vocalem que depu/
tatur ſpei ſignificande ſeu deſiderio
Nam et illic ſperauit beatus latro
et ſperans audiuit. Hodie mecum
eris in paradiſo. Dehinc tranſeun/
tes ad tonũ ſiue brachiũ ſiniſtrum
configimꝰ. o. vocalem que timorez
inſinuat. Quid em̄ terribiliꝰ q̄ȝ vox
a ſiniſtris ſonatura. Diſcedite ma/
ledicti in ignez eternũ. Sic habemꝰ
quatuor orbis extrema que ſũt ori
ens. a. occidens. v. ſeptentrio. e. me/
ridies. o. tanq̄ȝ in vulgari rota for
tune fiat hec reuolutio. Regno. a.
regnabo e. regnaui. o. ſũ ſine regꝰ
. v. Amplius in. a. lr̃a que circa tem
pꝰ natiuitatis xp̄i lr̃is latinis ad/

dita eſt aptiſſime vocales q̄nq̧ ſi/
tuam⁹ tanq̧ in quoq̧ zodiaco ſit.
¶ Atuero reſpicientes in actorē et
cōſūmatorē ſalutis nr̄e Jhm cōfixū
in medio. quid aliud queſo videbi/
mus q̄ꝫ alterā quaſi mixtā ex om̄i
bus cōpaſſionē quā J vocalis no/
tat a qua nomē Jhu incipit. Hinc
eſt nr̄a redemptio amor et deſide/
riū. Hic de⁹ me⁹ ait pſalmiſta et mi
ſericordia mea. Hinc appellabat
Jgnatius amorez ſuū crucifixum.
Hūc andreas moriturus videbat
in ſpū atq̧ de crucis ſupplicio geſti
ebat. Vidit hunc franciſcus quaſi
ſeraph alatum qñ q̄nq̧ ſtigmatib⁹
ſeu ſignis conſcript⁹ eſt ab eo ſenſi/
bili libro carnis. Hūc inſpiciēs pijſ
ſima mater miſericordie. nōne po/
terat vti verbis in Jſaya poſitis.
Venter meus ad moab quaſi cy/
thara ſonabit. Moab interp̄tatur
ex pr̄e. q̄m a patre et filia genit⁹ eſt
Hic licet prau⁹ et ex damnato ɔcu
bitu fuerit. mihi proſit tn̄ vt ꝑ me/
taphorā ſignificet Jhm qui ex pr̄e
deo vt fili⁹ eius et maria concept⁹
eſt nō virili ſemine. ſed myſtico ſpi/
ramine Adhuc venter marie bea
tificat⁹ a muliere de turba Tunc
ſicut cythara neruis tortis exten/
tis et ſiccatis aptata ſonaui ad te
benedictū fructū vētris ſui. Jn cu⁹
corde tunc et indiſſonanter hec oia
ſpes. metus. meror. gaudiū Nō du
bium q̄n pariter cōpaſſio q̄ ab vte
ro egreſſa eſt ſecum. Ecce q̄ inſtar
moyſi et bezeleel fabricantiū fede

ris arcam fecimus gāma nr̄m ſm
exemplar quod vidimus in monte
quē montem ex lapide abſciſo ſine
manib⁹ tradidit Daniel excreuiſſe
et impleuiſſe terrā. et hic eſt de⁹ no
ſter Jhs xp̄s. lapis quē reprobaue
rūt edificantes fact⁹ eſt in caput an
guli. lapis quo digiti dauid goliā
pſtrauerūt ¶ Coaptem⁹ deinceps
ad gamma manuale ſpūale nr̄m et
attendam⁹ q̄ ſex notule nōiantur
ꝑ q̄nq̧ vocales. ſi conſonantes de
traxeris. que ſi ordinanꝫ vt ponaꝫ
bis. a. lr̄a. ſcʒ in fa. et la. Liqueſcit
aūt frequenter fa. in mi. ꝑ b. molle
Et eſt ordo talis. v. e. i. a. o. a. ſ. et. l.
a. la. deniq̧ quantum ex veteribus
fas eſt conijcere cantus eſt ſenſua/
lis traditus per has quinq̧ voca/
les imo et quidam diſcantus q̄ cō
trapunctū dicim⁹. neumata deniq̧
ſic inſinuabanꝫ que ſunt conſonan
tie tonorū finales. Sic ordinauit
primū hymni metrū de Johanne
baptiſta qui dixit. Ut queāt laxis
reſonare mira famuli ſolue labia
¶ Erubeſcant hic nr̄i ſapientes et
prudentes in oculis ſuis quoꝝ ni/
hil oculus niſi ſublime vult inſpice
re quando ipi ſummi pphete carmi
na ſua digeſſerunt per litteras al
phabeti. non ſine myſterio vt treni
Jeremie. vt Salomon de muliere
forti. in myſterio ſacre legis aut vir
ginis glorioſe vt pſalm⁹ preterea
Beati immaculati ꝑ octonabia de
currēs. vt alꝫ iſte pſalm⁹ Ad te dn̄e
le. aiaʒ meā ꝛc. Quid vltra? Vide/

bis ſimile in eccleſiaſtico hymno.
A ſolis ortus cardine Et. Hoſtis
herodes impie. Voluit preterea
dñs noſter Jhs xp̄us magnū ali/
quod i ſeminario litterarū deſigna
re quando vehement̄ exaggerans
dixit. Amen dico vobis. nec vnum
iota. Ecce iota neutri generis ſicut
de gamma ponimus. qđ apud gre
cos eſt lr̄a q̄nta apud nos .g. nec
vnus apex tranſibit a lege donec
omnia fiant. Porro nō minoris eſt
ponderis ꝙ ſe Jhs alpha et o di/
gnatus eſt nominare Motus eſt in/
de fortaſſis abbas Joachim vt ex
ſeminario .i. litteris alphabeti intel
lectū colligeret preteritoꝝ. futuro/
rū qꝫ temporꝝ. Cōſonāt hec oīa
ne ꝓcacius irrideatur gamma no
ſtrū in cuiꝰ ordinatione ſequi vide/
mur non voluntariā tantūmodo.
ſed naturalem. que metiri neſcit im
poſitionē dicens. a. e. i. o. v., vbi ſub
typo pſalterij ſonus inchoat a ſur
ſum corda. et prodit velut in deor/
ſum. quod ſentiet vnuſquiſqꝫ qui ſo
lerter aſpiratōnē notauerit quēad
moduꝫ priores grāmatici prorſus
oculati et cordati viri ſapuerunt.
Eſt autē gaudiū vel amor ſicut .a.
in quadaꝫ latitudine cordis. dein/
de ſicut .e. ſpes ɔtractior ē. dehinc
mollior eſt ſicut J compaſſio. O. p̄/
terea ſignificans metuꝫ. et .v. dolo
rem vel odium ad labia vſqꝫ per/
ueniant. ac perinde grauitateꝫ ipiꝰ
ſicut primis ſublimitatem damꝰ vel
acutiem. Poſſemꝰ adaptatōes ali



as ſumere vel ex quatuor elemētis
et eoꝝ qualitatibꝰ p̄mis. vel ex di/
poſitione celeſtiū planetaꝝ. vel ex
ɔbinatione ſeu ɔfiguratione com/
plexionis humane. ex humoribus
ipm corpꝰ ꝑ neruos et artēias agi
tātibꝰ. ſed ad pn̄s ſufficiāt adapta
tiones premiſſe ſi deſcriptionē ad/
diderimꝰ manualē. ꝫ gāma prout
de re clariſſima promptiſſima dici
mos eſt ſupra digitos poſuimꝰ.
Scimꝰ in manu q̄nqꝫ digitos eſſe.
ſextū monſtra quedaꝫ habuerunt.
Diuidūt aliq̄n tres ɔtra duos. de
deo dic̄ Jſaias ꝙ appendit tribus
digitis molem terre. de xp̄o ꝙ mi/
ſit digitū in auriculas ſurdi et au/
diuit. ꝙ preterea dixit Thome In/
fer digitū tuū huc. latꝰ oſtendēs. vt
certꝰ fieret ꝑ digitū. Legimꝰ q̊ꝫ di/
gitos apud Danielē ſcribentes in
pariete. Mane thetel phares De/
ſcribens q̊ꝫ ſapiens ſtultū dixit ꝙ
digito loquit̄. Nō culpans q̄r digi
to loquit̄ ꝫ ꝙ diſcole ꝑuerſe qꝫ loq̄
tur illud ſcꝫ ſm̄ Jſaiā qđ nō ꝓdeſt
Nōiant̄ ad extremū hi q̄nqꝫ digiti
Pollex. index. mediꝰ. medicꝰ. auricu
laris. Cur aūt hec oīa niſi ꝓ col/
latione rationabili vocaliū q̄ ɔpo
nūt gāma nr̄m. quatinꝰ in digitis
poſſit tā oculis ſe ꝓdere q̄ꝫ auribꝰ
loqui exemplo monachoꝝ nutibꝰ
loquentiū vel alioꝝ in gāma cātā
tiū. Pollex tanq̄ꝫ pollentior et di/
gnior hꝫ .a. gaudium. Index mon
ſtrans non iam habita ſed ꝓxima
et certa habet .e. ſpem. Collocatur

in medio longiori breuis. J. miſeratione ꝓducti⁹. Nōne p̄terea timor .o. medic⁹ eſt q̄ pcc̄m expellit. De/mū dolor. v. dat̄ auriculari. qꝛ ſo/la vexatio dat intellectū auditui. ⁊ aures quas culpa claudit aperit. he ſunt q̄nqꝫ lampades myſtice lucentes in manib⁹ virginū prudē/tiū ad illuminationē ſenſuū quinqꝫ ſuoꝝ. ¶ Gāma nr̄m nō idcirco iu/dicandū ſupuacuū qꝛ non preſtat ſua ꝯgnitōe ꝯfeſtim canticoꝝ exer/cendoꝝ facultatē. Notat̄ hec conſi/deratio ꝓpter illos q̄ fortaſſis au/ditu p̄mo ſuſpicabunt̄ hoc fieri de/bere ſi dicenda ſit ars talis efficax aut vtilis. quos arguūt alie q̄lbet artes. ipa in p̄mis grāmatica quā nō p̄terea totā ꝯgnoſcim⁹ ſi ſuū te/nuerim⁹ memorit̄ alphabetū. Sic de muſicali gāma manuali. Sic de p̄ceptis rhetoricis quali dixit rhe/tor p̄cipuus abſqꝫ vſu et exercitio et viuacitate ingenij nequaqꝫ ſuffi/cere. ꝓdeſſe tn̄ ad certiorē fidelio/rē qꝫ notitiā. quāuis ſine alphabe/to. ſine gāma manuali. ſine rhetori/ca arte multi loquunt̄. cātent. pero/rent aptiſſime. Sic in ꝓpoſito reci/piat̄ gāma nouū ſine quo tot lr̄ati tot illitterati cecinerūt in cordibus ſuis dn̄o ¶ Aduerto qꝫ ꝓmiſſum eſt ꝯſideratione p̄cedenti poſſe gāma nr̄m ad oia cātica myſtica illa etiā q̄ ꝑ inſtrumenta ſe demonſtrēt. Et hec ꝑs tractatū ſpecialē depoſtu/lat. Dicem⁹ ad p̄ns quantū ſatis eſſe ꝓ declaratiōe ꝓmiſſionis opinamur. Concurrūt ſiquidē in muſi/ca ſenſibili ſiue fiat cantu ſiue pulſu ſiue flatu agens paſſū mediū ſon⁹ obiectū Sicut in pſalterio ē ille qui ludit tanqꝫ agens. et ip̄m vas ſiue inſtrumentū pſalterij. eſt mediū ſcꝫ aer repcuſſus. eſt ip̄e ſonus q̄ ē qua/litas ſenſibilis ab auditu ꝓprie pce/ptibilis. eſt obiectū littera ſcilꝫ ſeu pſalm⁹ qui cantat̄ ſiue ſenſus eius Conſtat aūt ꝙ gāma manuale nō agit ꝑ ſuā ꝯgnitionē aliq̄d iſtorū qꝛ nec cauſat ip̄m qui agit. nec paſ/ſum in quod agit. nec mediū ꝑ q̄d agit. nec ſonū quē efficit. ſed eſt tan/tūmodo q̄daꝫ exemplū exterius quod aſpiciēs ip̄e qui agit format in animo ſuo vel in corde ſp̄ēm ſeu modū cantandi Inde eſt ꝙ poteſt aliquis habere talem formam ſeu ſpeciem in animo qui nullū forma/bit canticū. vel qꝛ nō vult. vel quia non pōt ꝓpter defectū inſtrumenti vel medij ¶ Ars iſta nihilomin⁹ ma/nualis non dicitur inutilis. q̄ſi do/cet numerum pondus et menſurā quibus eſt formand⁹ ſonus vt red/datur armonicus. Diſcreuit vtra/qꝫ qui dixit. Exerce ſtudium quā/uis perceperis artem. Quali ſe ex/ercitio probabile eſt mariam occu/paſſe nutriendo puerū Jh̄m voca/liter etiā concinendo inſtar angelo/rum canētium. Gloria in altiſſimis deo. Et hoc vel ad pueri releuatio/nem mammabilis dormituri vel ad deuotionem ſimul et conſolatio/nem tempore peregrinationis ſue

pſallendo nūc Mḡt. nūc Bn̄dict⁹.
vel Nunc dimittis. vel alia cantica
ſyon cū pſalmis quos de filio ſuo
nouerat ꝓphetice oppoſitos audien
te crebro cū religioſa pietate ſpon
ſo ſuo virginali Joſeph vbi et p̄ue
niebāt angeli coniuncti pſallentib⁹ in
medio iuuenculaꝝ tympaniſtriarū
Et ibi puer Jh̄s benyamin adole/
ſcentul⁹ in mentis exceſſu. Quas h
loco poetaꝝ muſas ꝑtuleris verbo
ſapie qd̄ ē fōs vite nō equi voluē/
tis pede ꝓduct⁹ in pernaſo monte
ſ3 emanās a throno dei criſtallo ſi/
milis a montib⁹ eternis quē fontē
ambiūt ꝑ muſis nouē ordines an/
geloꝝ q̄ non ceſſant vna voce lau/
dare. bn̄dicē. glorificare viuentē in
ſecula nō palladē fabuloſa3. ſ3 ſa/
pientiā dei verā. Veꝝ pgam⁹ ad
reliqua Gāma myſticū pl⁹ ofert
in cāticordo ſeu canticordis ſpūa/
lib⁹ q̄3 manuale gāma in cātico ſen
ſibili oris vel inſtrumenti muſicalis
Hoc eſt ꝑfecto notādū valde my
ſteriū qd̄ elicit̄ ex p̄miſſis i aſſigna
tōe diſtinctionis canticordis a cā/
tico oris. qm̄ p̄ mū liberꝝ ē elicitiue.
non ſcd̄m. Cōcurrit in p̄mo volun
tas hōis ꝑ agente ſimul et patiēte
⁊ medio nil aliud eſt q̄3 liberꝝ velle
ſuū. Pōt igit̄ dum vult et qn̄ vult
pſallere in ſe iuxta exemplar qd̄ in/
ſpexerit in gāma nr̄o nūc ocinēdo
p. a. gaudiū. p. e. ſpem. nūc p. J. cō/
paſſionē. Aut ſi voluerit fiat in ſe. o.
timor vel. v. dolor grauis. Puto q̄ſ
q̄s hoc ſapient̄ nec min⁹ humilit̄ at

tenderit ognoſcet fructuoſū eē gā
ma nr̄m Fructuoſū dixerim⁹ vt
nouella corda in xp̄o dū aduenerit
tp̄s amantiū iuxta pabolā Ezechi
elis dū euaſerint in etatē illā i qua
ſue ſint libertatis ꝑ libito volunta
tis vt ament et cantent. Sciāt pau
latim oponē cantica amatoria ca/
ſtiſſimi cordis vt addiſcāt hymnis
iā oppoſitis ſuos affect⁹ oſonare q̄/
admodū nouerat beata illa anima
Marie frequētando dulcia cantica
cāticoꝝ q̄ dicunt̄ dragma vel dra
gmata vel dragmatica vbi ſc3 ſit
amantiū mutua nō expreſſis nōib⁹
ꝑſōis allocutio Inchoāte dilecta
et dilecto rn̄dente. Itaq3 vox oris
vox iocunda vox decora qn̄ laudi
ocanora pura eſt vox cordium.
Gāma myſticū p̄t ad oſonantias
muſicales q̄ vulgarit̄ appellant̄ ter
tia. qnta. octaua. deſeruire ſimilit̄ et
ad tonos ſeu neumata. Poſſet hoc
intuitu p̄mo videri otrariū p̄dictis
de diſtinctione canticordi a cātico
oris. qm̄ fit introrſus canticordum
nec participat cū eo alien⁹. nec per
oſequens ipi oſonat p diateſſeron
aut diapente aut diapaſon. Qm̄
inſup aduerſari videt̄ illud philo/
ſophicū. q impoſſibile ē intellectū
ſimul plura intelligere. Similit̄ igit̄
nec canere ſeu notulare. deniq3 nō
dū apparet ars tradita de tonis
affectionum quemadmodum de
vocalibus neumis inuenitur
Difficilia iſta nec viſitata fate/
mur. ſ3 nō nihil nos ſperam⁹ eſſe di

ctur os. Legiť beat' Jgnati' vir to
tus ignei cordis et philocapt' in
xp̄m voces angelicas audiſſe ſup
montē vnū .q̄ p̄miſſis antiphonis
oſequenť intonabāt hymnos. quē
admodū deduxit ad ecc̄iaz ſuā ce/
lebrandā. Si voluerit igiť aliquis
cantare in corde ſuo. exemplo An/
ne et apoſtoli et plurimoꝝ cur non
poterit ſibi ↄponē neumata iuxta
variā pſalmoꝝ et affectuū qualita
tez! Hoc aūt vocabulū neuma cur
ad ſignandū ſp̄m ſanctuz tractū eſt
nō ſatis inuenio. niſi ꝙ ſpūs dn̄i cō
tinet oīa et ſciaz hz vocis qđ ꝑſpi
cuū fuit in ap̄lis. Significat autez
neuma ↄbinationē vocū vel notu
laꝝ ordinatā. ¶ Porro ſicut ado/
leſcentuli diſciplinanť p̄mit' vt no
tulas et voces cātici oris ſciāt no/
minare digitis iuncturis ꝗꝫ iungē.
ſciant poſtmodū nūc vno nūc alio
modo cantando ↄbinare. deinde
lr̄az notulis applicāt. tandē genēa
tur in eis ars cantandi ſine nume/
ratione cuiuſlibet notule. Jmpedi/
renť eñ. q̄ ſi ꝑfecta eſt dicente pħo
nō deliberat. Nō aliť quāto fuerit
aliq̄s in meditando veritates ſalu/
bres habilior in canendis affectio/
nib' ordinatis agilior tanto fit ce/
teris parib' ad canticoꝝ dū ꝓmpti
or. adeo ꝙ vocales quinqꝫ poterit
in quolibet verbo reꝑtas ad me/
ditationē reducē cū affectu. Sz q̄a
nō omniū eſt hec exercitatio pote/
rit ſaltē vnuſquiſqꝫ dū ſenſerit eua/
gationē ſue mētis extra lr̄az vſſen
ſū ei' redire ꝓtin' ad cor et dicere

velut ꝑ interiectionē et ſuſpiriū vel
gemitū. O ꝓ timore. v. ꝓ dolore J
ꝓ miſeratōe. e. ꝓ. ſpe. a. ꝓ ſpūali le
titia repanda in ſe ¶ Dicem' hic
vnū ꝓ vagis et ꝓfugis in cantib'
eccleſie qđ piū valde ne obliuioni
tradēdū ingrate. Heſi q̄dez quan
tūlibet oberrauerit in cogitatiōib'
etiaz criminalib' ſi rediens h̄ mō
ad cor ingemuerit dicens. Penitet
me. Reddiť cōtinuo virt' efficax et
viuax ſuo cantico nedū interiori ſꝫ
vocali. q̄zuis ex p̄ori fuerit origine
culpabile. Nihil eñ ꝓhibet diuer/
ſoꝝ eundē actū exteriorē naturaliť
fieri nūc bonū nūc malū moraliter
Hinc Ambroſi' monet in hymno.
Flāmeſcat igne charitas accēdat
ardor ꝓximos. qm̄ ſi caritas aſſit.
Nō erit iā velut es ſonans ꝗ cym/
balū tinniens. Fas ē multiplicare
gāma myſticū. fas eſt multiplicaē
ſm̄ fraſim. hoc ē eleuationē et dep̄ſ
ſionez ſub dictis q̄nqꝫ vocalib' et
ampli' ꝗꝫ multipliceť gamma vel'
ſub ſex notis vel vocib'. Exēpluz
fuit in ſpiritib' xp̄i et marie q̄ vo/
ces affectuū eleuauerūt vſqꝫ ad cla
morē altiſſimū et ad hūiliationē in
attingibilē deduxerūt. Sic de bea
tis ſpiritib' đt ꝓſa. Miranť hic ele
uatio et deficiūt h̄ omīmoda dep̄ſ
ſio. Nō ē igiť nc̄c̄ia multiplicatō fra
ſis q̄nqꝫ vocaliū in gāma nr̄o. De
ſiq̄s multiplicatōnē figurari vellet
poterit h̄ vel ꝑ additōez pūctorū
in ſurſum. vel depreſſionez in deor
ſum. aut certe per lineas q̄nqꝫ vel
ſex iſtud oſtendere vel in libris

vel muſicis inſtrumentis exempluꝫ
¶ Gāma nouū multiplicat̃ ſm the
ſim ꝓductionē ſcꝫ et breuiationem
ꝑ pauſas inſuꝑ ⁊ diapſalmata Rō
ſilis eſt ad p̄cedentē ſignificationē
quam vocales recipient ſm ꝙ in
anteriora fiet punctuatio plus aut
minꝰ. Hoc aūt facē nō eſt oim ſed
ꝯtemplatiuoꝝ et meditatiuoꝝ qui
ꝑ ꝯſuetudine exercitatos ſēſus ha
bent. Nec attēdendū eſt illud pƀi
Fabricando fabri fimꝰ Ita de can
tico. Spectaculū iſtud grauiſſimū
cernē erat apud deū et marie ſpm̄
Quanta putas interciſione vocis
cordis. quantis cū interuallis nūc
celerioribꝰ nunc tardioribꝰ cantat
dilecta de dilecto. Dilectꝰ inq̄t meꝰ
mihi. O q̄t dedit intelligi vocē frā
gens reſ̄mens et ſecū multa volu/
tans ꝑus ꝗ̃ ſubiūgēt. Et ego illi
¶ Gāma myſticū canticordi reci/
pit ꝯſonātias intelligibiles a ſpū
cantante i ordine ad exteriora can
tica vel cordis vel oris vel operis.
Teneamꝰ in ꝑmis certū de maria
ꝙ canticū libeꝝ mentis deriuabat
ꝑ impiū in organū cordis carnis.
Probabile eſt inſuꝑ imo certum ex
euangelio ꝙ cecinit cantico oris.
dū ꝯſonans iubilatōni Eliſabet et
ſue voci clamoſe et magne. Beata
q̄ credidiſti Laxauit os vt caneret
ſecū. Magt̄ aia mea dn̄m. Quid ſi
addiderimꝰ ꝯſonantiaꝫ pueri Jhu
ſi Joſeph virginalis ſponſi imo me
lodias ſpūs angelici qualit̃ ꝯceſſū
eſt marie magdalene. qualit̃ Igna
tio. qualit̃ vincentio. et ita de pluri
mis audire Quibꝰ ꝓbabile eſt illud
eueniſſe ꝯſonando ſibi. In ꝯſpectu
angeloꝝ pſallam tibi. Audi quid
Agnes de agno ſuo philocapta
gloriat̃. Cuiꝰ inq̄t organa m̄ modu
lantibꝰ vocibꝰ cantāt. Nōne tibi
ꝑſuaſū eſt Mariaꝫ duꝫ fuit ꝓxima
morti cigneum aliq̄d ſuauiſſimū in
ſua reſolutiōe cantaſſe. Sic de xp̄o
d̄t pſalmꝰ. Aſcendit deꝰ in iubilo. ⁊
dn̄s i voce tube. Fallor ſi nō addē
fas habemꝰ ad ꝯſonantiaꝫ Marie
carmina oia celeſtiū terreſtriū ⁊ in
fernoꝝ Qualit̃ ecc̄ia hymniſat ꝯ
cens. Aurora lucis rutilat. celū lau
dibꝰ intonat. mundꝰ exultans iubi
lat. gemens infernꝰ vlulat O ſi mi
rabiliter aliq̄s poſſe ſtridoēs infer
ni fletꝰ. vlulatꝰ et ve ꝯcinere celo et
ſanctis eiꝰ. attendat quo pacto fit
vt letet̃ iuſtꝰ cū viderit vindictam?
Quo pacto rurſus p̄t hō etiā via/
tor reꝑare videlꝫ carmē ſuū q̄ntū/
cūqꝫ diſſonū ꝑus ꝑ obſtrepentem
malaꝫ volūtatē. dū tradit ſe ad pe
nitentē affectū vt qui ꝑus erat ſub
tenore damnantis iuſtitie nūc fiat
ſub molli cantu cōpatiētis ⁊ indul
gentis mie? Expectet tn̄ quiſq̄s eſt
hmōi lamentatōes et ve canēdas
ſibi eſſe. qm̄ mandauit dn̄s in no/
cte culpe vel pene canticū eiꝰ. Diſſo
nant venialia plurima ſed ipm̄ car
men non obrumpunt. Reſartiunt
potius aſſiduis ſuſpirijs ingemiſcē
do nunc ꝑ. v. nunc ꝑ. o. nūc ꝑ. i. ſpe
rando deniqꝫ vel gaudēdo ꝑ. e. a.

¶ Aduero nõ opus eſt hic et nunc
carmina veteris hõis venũdati ſb
pc̃co vocẽ habentis obtuſã ꝛ rau/
cam vel pene nullã recordari quã/
uis mutua ↄparatiõe nr̃m cãticordũ
cũ gãma ſuo ſuaui⁹ appareret. quã
uis p̃terea redderet̃ credibili⁹ aiali
hõi quicq̃d ſpũalis affirmat de cã
ticis ꝓprijs ſuis q̃z iocunditatibus
virtuoſis vt ſi fieret ↄparatio philo/
capti fatui cũ caſto philocapto in
celeſti amore ebrij carnalit̃ cũ ebrio
ſobrie ſpũalit̃ zelantis ſeu zelotipi.
prauit̃ a zelo bono ẜm ſcientiã. Et
ita de ſimilib⁹ ¶ Fiebat obiectio ſu
peri⁹ ꝙ mens nõ p̃t intelligere nec
exinde cantare ſimul plura. ẜ apd̃
pħos ↄquiſitio remaneat. Certuz
nobis eſt aiaz marie et multo am/
pli⁹ xp̃i beatos q̃z ſpũs tã in ỽbo
q̃z in ꝓprio genere tot ſimul intueri
tot ſimul obiectis affici ꝙ nõ ẽ nu/
mer⁹ Uidit Bñdict⁹ quaſi ſub vno
ſolis radio mundũ collectũ. Colli/
git Ancelm⁹ ex gaudiorꝝ reflexio/
nib⁹ gaudiũ in quolibet infinitum
ꝙ nõ cape ſed intrare dicit̃ Uidet
oculus athomos innumerabiles ra
diãte ſole ꝛ ꝑtẽ totã hemiſperij cir
cũgiratiõe facillima cernit. Porro
q̃d auris in iocũdo murmure riui.
q̃d in tremorib⁹ cordarꝝ vel cym/
balorꝝ infinitis valeat ꝑcipe cog/
noſcim⁹. Si quidem ſon⁹ om̃is mi
nucias ẜm ꝓportionẽ hʒ infinitas
ſicut ꝛ om̃e ↄtinuũ in ſꝑ diuiſibilia
ſecabile ↄſtat eſſe. Ampli⁹ in tonis
ſenſibilib⁹ videt̃ eſt ſuꝑ vnũ tꝑs poſ

ſe fieri verbula ſeu floretes vel flo/
ſculos ꝑ minutias notularꝝ qñq̃z
quatuor qñq̃z ſex. Sũt qui partici
pationẽ ad octo deducũt iuxta vo
cis molliciẽ ductibilẽ quãto facul/
tas talis amplior eſſe in canticor/
do mentis cenſenda eſt. Exemplifi
cem⁹ in. D. gaudio. et in. v. dolore.
et ſingulũ horꝝ ad denarium facili
deductione flectam⁹. et ita de alijs
trib⁹ fiet ꝑſpicuũ. Ecce gaudeo p̃/
mo q̃ ſancte gaudeo. ſc̃do q2 non
male gaudeo. tertio q2 ſancte ſpẽo.
quarto q2 nõ male ſpero. q̇nto q̇a
bñ miſereor. ſexto q2 nõ male miſe/
reor. ſeptimo q2 ſancte timeo. octa
uo q2 nõ male timeo. nono q2 rite
doleo vt in penitẽtia. decimo q2 nõ
male doleo. vt de ſeculi triſtitia.
Rurſus idẽ apiam⁹ in. v. dolore q̃i
viceuerſa Ecce doleo. p̃mo q2 ma
le doleo. ſc̃do q2 nõ bñ doleo. ter/
tio q2 male timeo. quarto q2 nõ bñ
timeo. q̇nto q2 male miſereor. ſex⁹
q2 nõ bñ miſereor. ſeptimo q2 non
bñ ſpero. octauo q2 male ſpero vt
in vanis. nono q2 male gaudeo ſic̃
q̃ exultãt in reb⁹ peſſimis. decimo
q2 nõ ſancte gaudeo de diuinis
Poſſem⁹ ↄformit̃ ad hanc multitu
dinẽ oñdẽ ꝙ nõ eſt pſalm⁹. nõ ver
ſus pſalmi. nõ ỽbũ. nõ deniq̃z ſylla
ba ad quã et ẜm quaz nõ poſſint
ↄſone ad vocalẽ ſuã. ſit. a. ſit. e. ſit. i.
ſit. o. ſit. v. voces ſpũales quaſlibet
et quotlibʒ depromere. Sic Maria
in ſuo magnificat ꝑ oẽʒ vocẽ mu/
ſicalem agili voce concurrit. ſic in

alphabeto.ſic in pater nr̄. ſic in ſuo
Aue maria ſic in Credo fuit.ea vi/
uente cōpoſitū .ſic in Bn̄dictus.ſic
in nūc dimittis. Quid conor ꝑ ſin/
gula cū in quolibet hymno.dicam
ampli⁹ in quolibet ꝟbo ſuo ꝑ oēm
vocalē ꝓ ſe vel ꝓximis ɔcinē fas
habebat. Irrideat nūc aliq̄s ſi pōt
ſi audeat gāma myſticū imo vero
nō iā irrideat.nō reĳciat. nō ɔſpu/
at.qꝛ ſi ſapiēs eſt iſpe audiēs ſapiē
tioꝛ erit.ſi inſipiēs poterit ad ſapi/
entiā venire ſalutarē ꝑ iter laudis
et ſi vacet vt videat.ſi q̄eſcat vt au
diat.ſi oꝛet vt ſapiat.ſi mercat̄ per
oꝛōez.tandē agnoſcē q̄d pſalmus
iſte ſonet. Beat⁹ ꝓplus q̄ ſcit iubila
tionē. Gāma myſticū p̄t exponi
vel ampliari ꝑ nōia q̄nqꜫ paſſionū
q̄i totidē vocū. lꝫ in ɔnotatōe ver
ba ſeu ꝟbula deficiāt. et p̄mo ſpēs
oīs tꝑantie et foꝛtitudinis q̄ ſūt in
ɔcupiſcibili et iraſcibili mediāt int̄
paſſiones vtuſqꜫ viciosas. Sꝫ diſ/
curram⁹ ꝑ ſingulas voces. Ecce re
ducunt̄ ad. A delectatio q̄i quedā
delactatio.qm̄ vt lac ſe infūdit dū
meditatio p̄mit.affectio ſuggerit.le
titia quaſi latitia. qꝛ dilatat. volu/
ptas quaſi volubilitas.nūc hac nūc
illac circa rem dilectā apphenſam.
Iocūditas qꝛ ꝓuocat ad iocū q̄
facilis eſt nec laboꝛat.hilaritas qꝛ
ſe foꝛis facie ten⁹ ſe explicat maxie
ꝑ oculos in honoꝛe leto Alacritas
q̄ eſt vigoꝛ ɔtēdi ſe et ſuis officĳs
expedite.liq̄factio q̄ ſe ꝓpꝛĳs termi
nis nō ɔtinet pl⁹ q̄ꜫ aer aut aqua.

ſꝫ labit̄ in rē amatā. Defectio q̄ nō
ſubſiſtit in ſua ꝟtute conatu vł opa
tōe ſꝫ cadit in rem dilectā ſic lique/
factio. Ebꝛietas q̄ nō videt̄ eſſe ſui
ɔpos p̄ amoꝛis magnitudine. Sa
tietas tn̄ q̄ nō excludit deſideriū ſꝫ
faſtidiū vt ibi fruunt̄ nec faſtidiunt
quo frui magis ſitiūt Fruitio q̄ eſt
inheſiue in re amata ꝓpt̄ ſe cū q̄ete
Transfoꝛmatio nō ꝑ ſubſtātiā ſed
aſſimilatōez qualitatiuā in amoꝛe
viuo.exultatio. tripudiū.iubilatio.
plauſus.ſaltatio. grāꝝ actio. vox
laudis. Reducunt̄ ad. E.ſpem que
nō accipit̄ hic ꝓut eſt virt⁹ theolo
gica ſꝫ generalit̄ ꝓ deſiderio boni
futuri.tendētia.expectatio.eſuries
ſitis ardoꝛ.audacia bona.ira bōa.
ieb⁹ bon⁹.anhelatio.emulatio bo/
na.ſuſpiriū.ɔcupiſcētia Reducunt̄
ad. I.ɔpaſſionē.miſeratio.mīa.pie
tas.mititas.manſuetudo.benigni/
tas. liberalitas .munificentia . ele/
moſina.i.affect⁹ miſerādi tā in ſpū
alibus q̄ꜫ in coꝛꝑalib⁹ incōmodis
Reducunt̄ ad. O.timoꝛē.fuga.de/
ſꝑatō bona.ſegnities bona.ſtupoꝛ
bon⁹.admiratio.erubeſcētia bona
verecundia bona hoꝛroꝛ.agonia.
trepidatio. foꝛmido. abominatio
pcc̄i.nauſea voluptatis male.faſti/
diū bonū tediū bonū vite hui⁹.ti/
moꝛ reuerētialis q̄ ē q̄daz reſilitio
in ꝓpꝛiā ꝑuitatē ex ɔſideratōne ſu
perioꝛis maieſtatis.aut eſt reſilitio
foꝛmidabilis ad ꝓpꝛiū adiutoꝛem
cū ɔſideratōne vigentis nc̄citatis
Reducunt̄ ad. U.triſtitia cōtritio

oploꝛ.odium bonū.deteſtatio.inui
dia bona.cruciat⁹.toꝛſio.planctus
ſeu plangoꝛ.lamētū.rugit⁹.gemit⁹
vlulat⁹.languoꝛ.Poſſem⁹ oēs has
q̄nq₃ reſonātias in aſpectu crucis
notare et in.x.lr̄a. In xp̄o q̊₃ q̄ fu/
it in myſterio redempt⁹ q̄nq₃ ſiclis.
ꝫ et in mr̄e eī⁹ ꝫm euāgelij tenoꝛē ⁊
notulas Vis audire cāticoꝛdū ma
rie in.a. Mḡt aīa mea dn̄m. Vis in
.e. Ecce ancilla dn̄i fi m̄ ꝫm v̄.tuū.
Vis in I. Vinū nō h̄n̄t. Vis in.o
Turbata ē in voce angeli et timuit
illo ire. Quis nēpe? Ioſeph ſpōſus
nō dubiū q̄n ſponſa maria timoꝛis
ꝯſoꝛs fuit. Vis in.v. Ecce pr̄ tu⁹ ⁊
ego do.q̄r.te Vis rurſus in I.ſimĩ
oīa ꝯſonante. Erige coꝛdis aures
ad voces ſpūs ſui.dū ꝓpriū filium
dū dilectū oꝛis ſui. viſceꝝ q̊₃ ſuoꝛū
et votoꝝ ꝯſenſit crucifigi ꝓ redē/
ptiōe nr̄i.dans nobis illū vtiq₃ cū
gaudio et exultatōne q̄ ſūmā ſupa
bāt carnis anguſtiā. Alioq̄n qualit̄
impleſſet q̄d d̄r. Hilarē datoꝛē di/
ligit de⁹. Deſiderium rurſus q̄d ha
buerat cū filio nos ꝑ crucē redimi
dū implebat. Nōne q̄ſo delectabat
nunq̄d nō ꝓptea crediderim⁹ eā cō/
gratulaſſe ſaluti latronis cū audi/
uit a filio Hodie mecū eris in ꝑadi
ſo. Cū oꝛauit inſuꝑ fili⁹ ꝓ ꝑſequēti
b⁹. Pr̄ dimitte illis q2 neſciūt q̄d fa
ciūt. Videretur ſuꝑflu⁹ ſi xp̄i canticū
ꝑ has q̄nq₃ voces ꝑcipue ꝑ mollē
cantū mie q̄ nil hōib⁹ acceptabili⁹
eſſe d₃ vellē intimare. Exhilareſce
ad hec et ſpera tu q̄ ꝑferas miſerā/

de hō. Quid vltra negare tibi mr̄
mie poterit ſi ꝓpriū ꝓ te filiū ꝯſēſit
offerri tante miſerie. Quid ꝯcedet
beatificata i celis q̄ talia dabat in
terris afflicta ꝑdidit miſeriā nūq̄d
⁊ miaꝫ. ꝑdidit paſſionē.ſ₃ nūquid
compaſſionem. Perdidit pꝛofecto
ꝯpaſſionē afflictiuā.ſ₃ retinet ꝯpaſ
ſionē electiuā atq₃ ſuccurſiuā. Red/
dam⁹ ei viciſſitudinē. qualit̄ ꝫ inq̄/
es fiet? Aptem⁹ ei iugit̄ voces cāti
coꝛdi nr̄i ꝑ v̄ba cāticoꝛdi ſui vni
v̄bo euāgelij. Cōcoꝛdem⁹ ꝑiter vo
ci cōſilij vocē volūtatis nr̄e. q̄dcū/
q₃ dixerit vobis inq̄t facite. S₃ ꝫ
q̄dcūq₃ facē ſcis omino non poſſe
nos o btā.niſi dicēs fili⁹ tu⁹ dederit
voci ſue vocē v̄tutis. In cui⁹ v̄bo
laxātes oꝑatōis rete et ſimul opē
ferēte cōpleam⁹ iuſſū tuū. q̄dcūq₃
dixerit vobis facite. Attuero pau
ſandū eſt tandē aliq̄n v̄bo q₃ nr̄o
finis dand⁹ eſt. Nec ignoꝛam⁹ futu
ros eſſe nōnullos q̄b⁹ aptioꝛ vide/
bit̄ q̄daꝫ ſimplicitas vni⁹ vel pau/
coꝝ affectuū ꝓ ſua exercitatōe q̄/
admodū ſimplicib⁹ ruſticanis pl⁹
placꝫ aliq̄n tȳpanū gallice tabour
omeruedon.et fiſtula repetens aſſi/
due idē q̄m aures ad ſb̄tiles armo
nias nō h̄n̄t idoneas. Habem⁹ in
collationib⁹ patꝝ de reductōe oīm
affectuū ad hec v̄ba. De⁹ in adiu/
to.meū intēde.dn̄e ad adiu.me fe.
Edidim⁹ nuꝑ monocoꝛdū ſuꝑ oro
nē dn̄icaꝫ ſub vna amoꝛis coꝛda.
Dehinc pſalteriū decacoꝛdū ſuꝑ
vna tm̄mō ꝫm vnā cōſiderationeꝫ

aut ſuꝑ trib⁹ ſm alterā. &
deniqꝫ ſuꝑ decē ꝯformit
ad legis decez ꝟba. Alijs
ꝟo delectabili⁹ ē alternis
vti. cū natura ꝓ ſua muta
bilitate i mutatōe delectet
Demū gāma nr̃m ſub ꝗn
qꝫ ꝟbis ꝙ volebat aplus
loq̄ ſēſu ſuo potēit om̄ib⁹
accōmodū fieri rudib⁹ et
peritis multiuolis et pau
ca q̄rentib⁹. ſint pueri. ſint
ſenes. ſint puelle vel virgi
nes marie. ꝙ diuinis manci/
pant pſalmodijs. plus em̄
valet h̄ loco pia deuotio.
q̄ꝫ eruditio lr̃ata. pl⁹ peni/
tēs affect⁹ q̄ꝫ veſtigās in/
tellect⁹ ꝓut in opuſculis ⁊
induſtrijs de theologia
myſtica inuenerim⁹ anno/
taſſe ¶ Im̄mō diſcat diſci
pul⁹ xpian⁹ reducē ſe ad ſe
vt precurrat ṗor in domū
ſuā ⁊ illic ludat. ꝯceptōes
ſuas agat. Nō in delictis
ait ſapiēs. nec in verbo ſu/
ꝑbo. qđ ꝓſus aduerſum
eſt ꝟbo dei ¶ Suꝑſunt ad
extremū multa ſuꝑ auditu
melodioſiſſimo ꝟbo dei. ꝙ
nr̃m gāma nouū ornarēt.
vt q̄s auditor. q̄s cantor.
q̄s exauditor idoneus vbi
de om̄i genere muſicoꝝ in
pſalmis memoratoꝝ. can/
tu. pulſu. flatu. mente. ſpū.
praxis addēda eſt ad gā

¶ Thom⁹ p̃rimus
ma nr̃m ¶ De cāticis inſuꝑ exultatōis ⁊ la
mentatōis ꝑ maximas quales ſunt in dia
letica et rhetorica loci ad triplicē inueſtiga
tionē hiſtoricā videlꝫ ph̄icā et theologicā.
lati⁹ optꝫ cāticoꝝ oim originē naturaꝫ q̄ꝫ
venari. Elegia deniqꝫ caſta verſib⁹ impari
b⁹ caſtos cātabit amores. Sꝫ tāta ſūt ad
pn̄s dicta ſatis ꝯcordante nr̃o p̄centore q̄
ait. Beati ꝙ audiūt ꝟbū dei et cuſto. illud.
In cui⁹ fiducia verbi vacans ꝓ vacantib⁹
canticordi verbū feci ¶ Deo grās

## ¶ Terciū opuſculū.

Volumē aliud colligit in ſe Ter
tia ꝑs ṗncipal' thomos tres
plus ſm modos traditionis
varios q̄ꝫ ꝓ diuerſitate mate
rie. Prim⁹ thom⁹ ꝯciliat ⁊ ob
ſequi facit facetā elegiā cantatricē amorū
dn̄e theologie q̄i liricū et odaꝝ carmē. Se
cūd⁹ thom⁹ alr̃ ſcd̄s h̄ꝫ canones ſeu regu
las amphoriſmos vel maximas aut theo/
reumata đ cāticis ꝑ notulas ꝗnquaginta
Terti⁹ thom⁹ alr̃ terti⁹ verbū ſolatij multi/
plex in ſe dirigit ꝑ particulas ꝗnquaginta
Et ita iūcti ſimul hi duo thomi centilogiū
ꝯſtituūt.

## Carmē ſuper recogitatione mortis

Cerne q̄s es. q̄d agis moreris dic duc (cor in alta
Cor cruce ꝯpūgāt ſpes timor ardor
Cantica ſaltū lamētū planctū qꝫ frequenta
Iūgito iocūdū pſalteriū cythare (amās
Cōcine ſic olor tua dū mors imiet o mors
Mortua morte Ih̄u ſis mihi porta poli
Temp⁹ adeſt aīa quo ſponſa cubile beatū

Sponſi conſcendas federe perpetuo
Ergo cantet himen mens os cor lingua vigor qꝫ
Plaude ſali coram te iubilus rapiat
Te tamen et tua ſle tua ſit ſpes vnica chriſti
Paſſio ſit meritum gratia ſola tuum
Buccinet aure tua ſonitu vario tuba duplex
Terreat ite tonans blanda venite leuet
Turturis hec faciens iunges ſuſpirta ſuaui
Quod vel alauda canit vel philomena melos
Cor tremet ob tractus varios dum letitie vis
Cor vehit in altum mox premit anxietas
Carmina nocte deus tibi dat dic te peregre fers
Fac reſonet ſua laus iugiter ore ſuo

## De laude muſice

Muſica diuini noua pulſu q̄ fit amoris
Extolli nulla laude ſatis poterit
Cor recreat. curas abigit. faſtidia mulcet.
Fit qꝫ peregrinis quos vehit apta comes
Per medias hyemes per ſoles carmina fiſus
Ibo ſpe patiens letus alacris ouans
Nam fugiunt triſtes cantu per inania cure
Omnis et inſidians hoſtica peſtis hebet
Vertitur occurſu pſallentium ſaul alter
Factus homo pſallit fit qꝫ propheta nouus
Exagitat neqꝫ dum ſpiritus hunc cytharedus
Paſtor per numeros cogit abire dauid
Vatidicus deerat helizeo ſpiritus olim
Dum cecinit pſaltes protinus implet eum
Pithagoras motus fuerat componere cordis
Adiectis cythare compoſitis numeris
Spiritus ecce monet ſpiritus per carmina vatum
Ad domini laudes cuncta creata ſimul
Vt iubilent pſallent exultent vt cytharam dent
Tympana cum cordis organa nabla chorum
Corpora ſpiritibus ſunt organa conſona. mundus
Eſt chorus vnus quo ludere noys amat
Carmine mundano ſibi diſſona praua voluntas
Concordans toti fit moderante deo
Ornat et ipſa notis breuibus longis ve camenam

Improba viuendi mors variando vices
Diſcantum mollem miſerans dat gratia raucis
Stridet de penis culpa tenore graui
Heu fuge te tali fuge deprecor eſſe tenore
Vt ſis ſub molli molle cor adde tibi
Quid ꝙ corporibus curandis muſica prodeſt
Dum cor letificat lenit et alleuiat
Dant vtrunqꝫ tibi gentiles pulcer apollo
Carminis et medice phebe repertor opis
Colligitur pulſu venarum muſica cordis
Que ſit temperies que fraſis atqꝫ theſis
Hoc medicus tactu iuuenis conijcit amorem
Cuius in agnete cor furit igne graui
Carmina non loquimur nunc execranda magorum
Nec niſi myſticus eſt ipſa poeta placet
Amphion ac orpheus cantum nouiſſe feruntur
Hic lapides diras hic furias herebi
Moribus hec duris ſi transfers inſtituendis
Mutandi qꝫ bona dogma ſalubre canunt
Adde ꝙ in populis mutat vel iam variatos
Inſinuat mores muſica cuiqꝫ ſua
Eſt grauis hinc petulans illi mollis vel agreſtis
Vna qꝫ dilatans cor vehit iſta premit
Eſt diateſſeron eſt diapente cum diapaſon
Triplex legitimis copula nexa tonis
Rurſus in octo tonos finem medium caput omnis
Cantus partiri ſuſcipit eccleſia
Antiphonas dedit ad pſalmos ignatius aptas
Monte prout quodam deſuper audierat
Turpibus et fedis infantum queſo cauete
Flexibiles animos cantibus inficere
Feſtinat in teneras energia carminis aures
Vret vt vrtice cor tibi lubrica vox
Vrit cantando facit idem ſepe videndo
Femina flagicij fundit vtrunqꝫ virus
Quid numeremus aues humano que capiuntur
Cantu nec cantum deſpicit vlla ſuum
Piſces et cerui mulcentur cantibus egris
Antidotum varijs muſica crebro fuit
Prebe fidem grecis delphinus ariona vexit
Fluctus per medios dum lyra mulcet eum

Fiſtula paſtoris pecudes armenta gregiſqꝫ
Solatur nec eas terret imago lupi
Paſcua tunc ſecura metum minuit qꝫ magiſtro
Tedia paſcendi ruſticus iſte ſonus
Fiſtula pan phebi cythare certauit agreſtis .
Judice te mida victus apollo fuit
Judicium cuiqꝫ ſuum ſua cuiqꝫ voluptas
Sic natura ſuū grande melos variat
Buccina terribilis animoſum pectus equorum
Bellis exacuit militis ira viget
Femina dum texit donec pueroqꝫ ſoporem
Ducens in cunis cantat inepta rudis
Celica turba Jeſu nati feſcennia cantat
Pax homini terris gloria celſa deo
Ruſticus arua colens an vociferando iocatur .
Cantat et alleuiat inde viator iter
Artem quiſqꝫ ſuam mulcet durum qꝫ laborem
Qualicunqꝫ ſono ſit licet aſperior
Vox deuota deum placat iratum placet almis
Ciuibus ipa choris concinit angelicis
Vocibus eccleſie pater auguſtine fateris
Motum te lachrymis ora rigaſſe pijs
Felix cuius erant peccata retecta maria'
Que totiens voces celitus aure capis
Organa dum cantant ſibi ſoli cordi canentem
Corde deo pleno Ceciliam legimus
Cordibus vt noſtris pſallamus paule monebas
Actio nam talis iure beat duplici
Inchoat hic et nunc celum vite qꝫ beate
Moribus et ritu degit in exilio
Mors venit in terra que carnis vincula reſoluit
Cantantem in pſalmis victor in alta vehit

## Eccleſiaſticoꝝ exhortatio ad cantum.

SEmper in ore tuo ſit laus ſint cantica ſyon
Quãuis captiuũ te babylone doles
Fac hoc precipue cui cantus eccleſie dant
Abſqꝫ labore cibos veſte domo qꝫ tegi
Hoc leue pondus et hoc tibi ſponte iugum poſuiſti
Fer nec dum viues rumpe vel excutias

Sed tedet dices eadem totiens iterari
Mentem cum cerebro vox reboandi grauat
Quo crucier doleam qꝫ modo neſcitis amici
Fundere ſufficiat corde preces domino
Frater nil magnum ſine magno vita labore
Fert hominū. perſtes vſus alacris erit
Tu tibi in crebro dic eccleſie vice fungor
Pſallentis qꝫ dolor vertitur in meritum
Paucis crede datur conſtans oratio cordis
Laudandum ſed opus dum canis ore facis
Reddis vota deo tua fratrum debita ſoluis
Corpus dum torques frigore fame ſiti
Lex hec eſt hominis veteris labor et ſudor hic ſit
Poſterius requies ve ſine cantica laus
Uiuere non fas eſt homini ſemper prout optat
Optet quod lex vult et ſua tempora dant
Redde prius domino quod debes deinde vacabis
Scripto vel ſtudio ſeu meditare ſilens
Scito valere nihil ſtudium. non martyrium. nec
Cor raptum. niſi ſit iuſſio facta dei.
Inde metire tuos inſtinctus quando ſequendi
Nam motus cordis fallere crebro ſolent
Te deſiderio cordis cōmittere noli
Cōmentis qꝫ tuis ſed patris imperio
Eſto tuis ita ſolicitus ſtudijs quaſi ſemper
Cor ſit ad arbitrium preſto redire tuum
Gratia dux hoc ſola poteſt conferre precemur
Gratia ſit nutrix ſit comes aſſidua
Triſtis es equo tunc animo pſallens tibi vim fac
Uim patitur celum vim faciamus ei
Mox veniet gaude mors te de carcere ſoluens
Pſalmis cantantem victor ad alta vehet

## De laudibus elegie ſpūalis

Quiſquis amas proſam metris ignoſcito nr̄is
Sponte ſtilo veniunt cor qꝫ lepore trahunt
Diuos blanda libens elegia cantet amores
Tracta malis totiens ſerua libidinibus
Soletur ſenium iam non captiua refectis
Unguibus et caſto coniugis apta thoro.
Cur non ancille froncſis ſi libera fiat

Munda q̃ꝫ complacito confoueare ſinu
Non maieſtati dictorum detrahit vſus
Metrorum maius pondus eis tribuit
Verſibus omnimodis vates ſcripſiſſe ſciuntur
Vt Jeremias Job ſic dauid et moyſes
Carmina compoſuit ſalomon rex milia quinqꝫ
Cantata eſt mulier fortis ab ore ſuo
Frenant ne vaga ſit metra mentem plurima paucis
Artant et preſtant eſſe ſui memores
Plus ſenſus plus lucis habent plus ordine pollent
Verſus ſi cor eis cum ſtudio dederis
Verius et breuiꝰ ſeruantur ſcripta ligata
Metro nam vitiũ protinus inſinuant
Fortior eſt vox que per ſtricta foramina tranſit
Quam que decurſu liberiore meat
Non aliter metris ſententia preſſa canoris
Vi maiore ſonat percutit et penetrat

## Legatur per modum dialogi

Deſipit an ſeniũ repetens puerilia non ſed
Vult aquile ritu vita redire prior
Demonium caueas lateat ne meridianum
Vanis in ſtudijs perdere tempus amans
Cedant vana precor cedant ſed cum pietate
Carminibus textis fructus ineſſe poteſt
Aſt meliora poteſt flendi quoqꝫ tempus et etas
Et quis in hoc euo ſcire poemata vult
Que meliora poteſt excluſus ab omnibus exul
Officijs ſed nec carmina flere vetant
Nocte deus dat ait Job carmina rex tribulatus
Miſit ait dominus carmen in ore nouũ
Rara nimis fateor poeſis modo ſed cano celis
Forſitan et veniet tempus amicitius
Scenica nobis ſunt vel ludicra iure fuganda
Quis pia culparit ſub numeris redigi
Tutus noſtra leges non hic portenta deorum
Non hic que caſtis moribus obuia ſint
Plus prodeſſe volunt q̃ꝫ delectare minorem
Quo fit vt ornatum querere ſat ſis eis
Ocia tempora dant quibus eſt ſapientia dictis

Panda Jh̄s teſtis ocia pigra necant:

## De eodem

Prebe fidem grecis delphinus ariona vexit
Fluctus per medios dum lyra mulcet eum
Alter delphinus rex ſeuſi per mare vectos
Nos tandem tuto litore conſtituit
Iſte deus tibi laus hec ocia fecit
Ludere cum cythara pſalterio qꝫ dedit
Exemplar quorum tranſmiſimus et monocordum
Scacordum queqꝫ mens addere noſtra cupit
Offert quiſqꝫ ſuo gratus ſua munera regi
Carmina non nihil eſt myſtica poſſe dare
In qꝫ dies intus ſi noſter homo pueraſcit
Quis neget huic puero ludere carminibus
Dum cor feruet ei dum totus amat per amorem
Dum venit etas et tempus amantis ei
Conſiliat ſacros hymeneuz carmen amores
Coniugium nec gens abſqꝫ canore probat
Sed caueat puer hic quid degeneres in amores
Rurſus et in veteres corde redire feces
Ebrietas in eo ſit ſobria. ſit qꝫ cubile
Sanctum. complexus oſcula caſta nimis
Sit nec. amore ſuo, vel mas vel femina carnis
Nudus et abs ſexu ſpiritus eſt et amor
Eſt quod mireris tamen iſtic femina vir qꝫ
Sponſam dilectam ſponſus amicus habet
Spiritus hic anime ſit cum diuiſus oportet
Tale ſciendum cui myſterium fuerit
Sermo dei viuus valet vnicus iſta ſecari
Diſcretor cordis cuncta qꝫ proſpiciens
Mutuus eſt zelus ſponſi ſponſe qꝫ fruendi
Se totis intereſt vnica ſpes patrie •
Hinc fuge dilecte mi clamat ſponſa. ſcit ip̄a
Non hic ſed celis eſſe viri thalamum
Ip̄a ſubinde petit vbi paſcit vbi cubat alta
Meridie terris ne vaga ſit ſtolidis
Paſcitur interea ſi ſuſcipit oſcula ſponſi
Ubera ſi tractet que redolentia ſunt
Ebria fulcitur malis et floribus inter

Brachia ſe ſponſi pꝛoĳcit in requiem
Felici fruitur ſomno ſponſus cõiurat et omnes
Audeat vt ſomnum rumpere nemo ſuum
Ad vigilem quandoqꝫ venit ſaliens et alacris
Clanculo pꝛoſpiciens voce ſonante veni
Alternat veniendo vices alternat amica
Querendi ſtudium languet amoꝛe pio
Ad vocem liquefit ſponſi gaudent qꝫ viciſſim
Laude ſua demum quicquid agunt amoꝛ eſt
Ocia ſola placent ſponſe loca ſola requirit
Nec ſponſo nec ei turbida turba placet
Rumpit verba ſibi vigoꝛ igneus eſtuat intus
Quem nec coꝛde capit nec reſerare valet
Quo rapimur quo nos elegia pꝛotrahis euge
Concaluit video ſpiritualis amoꝛ
Iam ſileas olim veniet ſpecioſioꝛ hoꝛa
Nunc ſatis eſt a labĳs te liberaſſe malis

## Thomus ſecundus

¶ Centilogiũ de cãticis et ſolatio
Primũ verbum de deſcriptiõe can
tici per quĩnqꝫ verba

Canticũ eſt vox numero/
ſa ad dei gloꝛiã oꝛdina
ta. Vox ibi ponit̃ ꝓ ge
nere et quaſi matẽia. po
nit̃ numeroſa ꝓ dr̃a et q̃ſi foꝛma.
finis debet eſſe dei gloꝛia ¶ Canti
cũ in ſua generalitate deſcriptũ ac
cipit vocẽ ꝯſone ad apl̃m dicentez
nihil eſſe ſine voce. Et attendit ꝙ
om̃ia fecit dñs in numero et ꝓpter
ſe ip̃m. et ſic in om̃ib⁹ eſt vox nume
roſa ad dei gloꝛiã oꝛdinata ¶ Cã/
ticũ habet deo agẽte modũ. ꝑ deũ
exemplantẽ ſpẽz. in deo finiente oꝛ
dinẽ ¶ Canticũ reddit̃ ex numero/
ſa ꝓpoꝛtione hoc pulcrũ et decoꝝ
hoc ſuaue et iocũdũ. hoc vtile et ſa
lutifeꝝ et oppoſitos diſpꝛopoꝛtio
parit effectus ¶ Canticũ cãtat oĩs
creatura et ad illud inuitat̃ vel na/
turali inſtinctu vel animali ſenſu vł
rationali ſeu intellectuali ductu.
¶ Canticoꝝ naturã cognoſcẽ nõ
infimũ eſt hominis officiũ. ſicut ho
mo cũ om̃i creatura participat. di/
uine qꝫ gloꝛie conditus eſt eſſe ca
pax ¶ Canticũ vnũ eſt ſenſuale vel
animale. aliud eſt intellectuale ſeu
diuinale ſicut eſt ſonus animalis ra
tionalis et intellectualis. et ita de
voce vel numero ¶ Canticũ ſenſua
le quo magis eſt in acceptione cõ/
muni dĳudicatur tripliciter. viſu vt
in geſticulationib⁹. auditu vt in car
minib⁹. tactu vt in venis pulſatilib⁹
¶ Cãticũ ſenſuale vnũ eſt comicũ.

aliud eſt ſatiricū.aliud tragicū.Et
q̄ſlibet eoꝝ ſolebat in theatris re
preſentari obiectaliter tam ad ocu
los nutibus q̄ꝫ ad aures vocibus
et fiſtulationibus ſeu fidibus

¶ Cāticū ſenſuale et ad aures cor
pis fit triplicit̄.pulſu vt in tympa/
no.voce vt in choro.flatu vt in or/
gano.Vñ poetica fictio tres p̄mi/
tꝰ eſſe muſas ſūpſit q̄ꝫuis ad noue/
nariū deinceps ꝓdierit ¶ Cāticuꝫ
cū pulſu fit tripliciter aut in rotatu
vt in ſymphonia.aut tractu.aut re
tractu ſic̄ i viella aut rebela. ſiue cū
impulſu vel impulſiuo quodā tactu
cū vnguibꝰ vel plectro cū ꝟgula vt
in cythara et guiterna lituo pſalte
rio q̄ꝫ et tympano atq̄ꝫ cāpanulis
cymbala ꝟo ſeſe collidēdo tinniūt
¶ Cāticū cū voce vel aiali cātu fit
triplicit̄.vnū cū naturali ſignifica/
tōe vt in auiū garritibꝰ et i hūanis
intiectionibꝰ.aliud cū volūtaria in
ſtitutōe vt in hōim idiomatibꝰ.ali/
ud cū artificiali modulatione vt in
rigmis in metris et carminibus ¶
Cāticū ſēſuale cū flatu fit aliq̄ñ fol
le.q̄ñq̄ꝫ vēto.ſepiꝰ ore.p̄mū artifici/
alit̄ in organis. aliud naturalit̄ in
arboribꝰ et vndis. tertiū ſufflabilit̄
in tibijs.fiſtulis et muſetis ¶ Cāti/
cū ſenſuales hꝫ effectꝰ in brutis aia
libꝰ.in auibꝰ.et in hōibꝰ.etiam ꝭm
phiaꝫ.medicinā ⁊ theologiā ¶ Cā
ticū ſenſuale corꝑalit̄ audibile va/
riat̄ ꝑ fraſim.i.eleuationē et depſſi
onē tanq̄ꝫ in pondē.ꝑ theſim.i.ꝑ ꝓ
longationē et breuiationē tanq̄ꝫ in
mēſura.ſimul et ꝑ mlt̄iplicē ꝯbina
tionē et ꝓportionē tanq̄ꝫ appropa/
te in numero. ¶ Cāticū rōnale ſeu
morale ꝯſiſtit nō ſolū in voce exte/
riori vt ſēſuale.ſꝫ in interiori corde
q̄le d̄r eſſe triplex.vnū rōis ſuꝑiori.
aliud rōis inferiori..tertiū imagina
tōis de q̄ꝝ q̄libet accipi p̄t aplica
monitio vt cātemꝰ in cordibꝰ nr̄is
dño ¶ Cāticū rōnale ſeu morale q̄/
le poſſumꝰ dicē cāticorū .i. cāticū
cordis tot hꝫ voces.tot ſonos aut
reſonatōes q̄t ſunt ꝓprie vel cōiter
dicte paſſiōes.affectꝰ vl̄ amores
¶ Cāticū morale ſeu cāticorū vo
ces hꝫ q̄ſdaꝫ generales et p̄ncipa/
les.q̄ſdā ſpeciales et indiuiduales
q̄ſdaꝫ mixtas aut in ſe multiplices
ꝭm numeꝝ et diſtinctionē paſſionū
¶ Cāticū morale diſtinctōeꝫ capit
in ſuis vocibꝰ tā phice q̄ꝫ medicina
liter q̄ꝫ theologice. et ꝭm q̄ālibet
haꝝ ſciaꝝ pn̄t oēs claro ꝯpendio
reduci ad q̄tuor q̄ ſūt ſpes metꝰ me
ror et gaudiū ¶ Cāticū morale ſeu
cāticorū p̄t reducē ſuas voces nūc
radicalit̄ ad vnā.nūc ad binā.nūc
ad trinā.vnꝰ ē amor dei et ꝓximi.
bina eſt idē amor d̄i cū odio pcc̄i.
trina ꝯplectit̄ amorē et odiū cū fer
uore zeli vel ſpem de ſaluatōne. ti/
morē de damnatōe.et ꝯpaſſionem
de ſe et quolibet viatore ¶ Cāticū
morale.vnū ē laudabile.aliud vitu
ꝑabile.tertiū indifferēs ¶ Cāticuꝫ
morale vnū eſt meritoriū: aliud eſt
demeritoriū.tertiū dūtaxat morali
ter bonū vl̄ malū ¶ Cāticū morale
vnū eſt letitie.aliud triſtitie. tertiuꝫ
mixtū ex vtroq̄ꝫ iuxta volumē Eze

chieli datũ in q̊ erãt carmina. ve. et laméta

Cãticũ morale vnũ letificat ſobrie. aliud pie edificat. aliud ſcificat iuſte ſcz ad ſe ipm. ad deũ. ad ꝓxim

Cãticũ morale vnũ eſt ſrenũ qđ impiũ ẽ et deẽcit. qđ daz aiale qđ ebriũ ẽ et inficit. qđ dam diabolicũ qđ neqꝫ ẽ et interficit.

Cãticũ morale vnũ eſt ſm ꝟtutes cardinales. bonũ q̊dez. ſꝫ q̃i graue vel depſſuz. vnũ ẽ ſpũale ꝑ donoꝝ infuſiones velut acutũ. alteꝝ d̃ina- le ꝑ btitudines q̃i ſupacutũ

Cã- ticũ morale fit cũ miſtico pulſu ſeu plectro gr̃e d̃inalis aliq̃ñ date gr̃a. aliq̃ñ gratificãtl. aliq̃ñ ſpe vel re be atificantl.

Cãticũ morale format q̃ñqꝫ cogitatõ vaga ſine arte et fru ctu. q̃ñqꝫ meditatio ſedula cũ arte et conatu. q̃ñqꝫ ꝯtẽplatio clara cũ arte et agili vſu

Canticũ morale iuxͣ pabolã ꝓcẽtoris nr̃i xp̃i ꝯtinet ſaltũ q̊ ẽ exultatõ. iubil' et tripudiũ ſpũalis letitie' vt in epithalamio cõ tinet lamẽtũ qđ ẽ triſticia nõ ſeculi ſꝫ pacie ſm deũ. ꝯtinet plãctũ ſalu- taris pñie. vt i luctu btõ

Cãtico rũ corda ſeu fiſtula ñ ſonat ſuauit̃ ſi fuerit dirupta. ſi corrupta. ſi im ꝑ portõnata

Cãticoꝝ moraliũ iu- dex auris cordis ipedit̃. pruritib' curioſitatl. tinnitib' ſolicitudis et ſor dib' libidis ſm triplicẽ radicẽ cupi ditatl

Cãticoꝝ d̃inoꝝ materiã et artẽ miniſtrãt libri. vn' nature et artis in creaturis. alius ſcripture ſic̃ in pſalmis et trenis. ali' ꝯſcie ſic̃ in meditatõib' ſcĩs et pñs

Canti ca d̃ina bon' angel' iuuat. actuat. pñtat. mal' ꝟo diſſonat. diſſipat et obſcurat

Cãticoꝝ moraliũ vaſa vel inſtrumẽta repiũt̃ i om̃i reſona bili ſolũ intra i cordib' ꝑtim ex̃ in vocib' ꝑrſus ex̃ in opatõib'

Cã ticũ om̃e fũdatũ ẽ i monocordo a- moris. ſꝫ explicat̃ diuerſimode nũc in diacordo. nũc in tricordo. nũc te tracordo. rurſus in pentacordo. in hexacordo. in hebdacordo. rurſus i octacordo. in nonicordo. in deca cordo. tãdẽ in om̃i policordo ſine t̃mino

Cãticũ vnũ pl' reſonat te norẽ iuſtitie. aliud pl' mollẽ cantuz mie. aliud mixtim q̃i ꝯtratenor re- ſonat gr̃az cũ rigore

Cãticũ pu re letitie repit̃ apđ deũ glo̊ſuz ſuo mõ et apđ angeluz bonũ. et apud hõiez beatũ

Cãticũ pure triſtitie vel q̃i repit̃ i demonib'. in dãnatis hõib'. in deſꝑatis viatorib'

Cã- ticũ mixtũ viatoꝝ ſpei ſcz et timo- ris diuerſificat̃ ſm tres ſtat' incipiẽ tiũ q̊ purgant̃. ꝓficiẽtiũ q̊ illũiant̃ approximãtiũ q̊ ꝑficiũt̃. in q̊b' exꝑi mur q̃ñqꝫ lamẽta gaudioſa eſſe et gaudia luctuoſa ꝓ diuẽſitate finiũ vel obiectoꝝ. ſic̃ mr̃ ꝯplacꝫ dũ fili' cũ lacrimis q̃rit eã. aut dñs in ca- tuli clamorib' p' abſentẽ ꝯdelectat̃

Cãticũ dãnatoꝝ ẽ ipis turpiſſi- mũ. horribiliſſimũ et doloroſiſſimũ ſꝫ deo et iuſtis reddit̃ ex conſidera tione ordinis iuſtitie decorum ſua- ue et letum ſicut letatur iuſtus cum audit clamores peſſimorũ qui tor quẽtur

Canticuz in purgatorio habet cũ afflictione ſolatiũ ex cer- ta ſpe beatitudinis. ex eccl'ie genera

libꝰ ſubſidijs.et pͤijs amicoꝝ ſuffra
gijs.et qꝛ caritas in eis ɔgaudet
veritati correctōis ¶ Cātícū viato
rū etiā ꝑfectoꝝ hꝫ cū fletu ſolatiū
cū riſu ſobrio faſtidium. Et vix hꝫ
hora dimidia pauſā vt ſilētiū ſicut
nec vnq̄ꝫ in eodē ſtatu ꝑmāet. ſecꝰ
vbi nō erūt volubiles cogitatiōes
nr̄e fixe deo ¶ Cāticū intellectuale
diuidit ſolis auribꝰ mentis aut ſin
deriſis et illud fit flatu amoris qui
eſt vitalis ſpūs mouēs q̄cq̄d ē ens
de q̄ pͥhia O felix hōiꝫ genꝰ ſi vr̄os
aíos amor quo celū regit regat ¶
Canticū intellectuale p̄t deſcꝑtiue
dici amor numeroſus.qm̄ em̄ facta
ſūt in armonia menſurata munda
et amoris q̄ eſt pōdꝰ reꝝ q̄ mouet
quocūqꝫ mouent ſic ipa etiā mate
ria moueat ad formā ſic ad appeti/
bile ſuū.deniqꝫ ſꝫ hoc amor ē vni/
ſonꝰ in ɔꝑatiōe fc̄a ad deū. ꝛ omī/
ſonꝰ ꝑ collationē creaturaꝝ ad in/
uicē ¶ Cāticū intellectuale figura/
ri p̄t in vniuerſo ꝑ exēpla horolo/
gij tꝑatiſſimi cū cāpanul᷑ aut cho/
ri ɔcordiſſimi aut ſymphonie ſua/
uiſſime.aut organoꝝ tot fiſtul᷑ q̄t
creature ſūt ſonātiū ſm̄ impꝑfectio/
nis graues et ꝑfectiōis acutas vo
ces ociſiores aut ꝓtenſiores. Tan
dē ſicut in om̄i genē muſico ludit in
eis diuina ſapia ſuauit᷑ oia diſpo/
nēs ¶ Cāticū exercē monet om̄is
creatura in ordine ad deū in q̄ oia
viuūt et ſpirādo melodiſāt qḋ ꝑci
piūt aures illoꝝ q̄ philoſophiſant
in creaturis om̄ibꝰ.et plꝰilli q̄ theo
logicalit᷑ anagogiſant. q̄ fit in.xij.

ſpēs aut plures cātici amoris qḋ
dr̄ nuptiale vel epithalamiū ſeu cā
tica cāticoꝝ poſſimꝰ annotare. Nu
bit ad lr̄aꝫ vir cū libēa et ſocia.nu
bit cū ancilla.nubit cū dn̄a ſic Jo/
ſeph cū maria. Sic nupſit myſtice
xp̄s cū ecc̄ia libera.nupſit cū ſyna/
goga q̄ fuit in ſeruitutē generans.
nubit p̄latꝰ cū ecc̄ia ſua dn̄a.nupſit
xp̄s cū natura hūana vnitate ſup/
poſiti.nubit cū aīa rōnali.nubit cū
angelica natura.nubit inſuꝑ ſpūs
deiformis in triclinio hōis inſtar
Jacob ipi rachel rōni ſuꝑiori Lye
rōni inferiori.bale et zelphe ſenſua
litati tā exteriori q̄ꝫ interiori tanq̄ꝫ
ancillis. Nubit tādeꝫ ſapie idē ipe
ſpūs deiformis ¶ Cāticū intellectu
ale tot hꝫ flatꝰ pulſus aut tactꝰ q̄t
ſūt amoris ſpēs.tot notulas ꝛ ver
bula q̄t ſūt ꝟitates. tot ɔſonātias
q̄t appetituū ſūt ɔbinate ꝓportio/
nes nec vllā patit᷑ diſſonātiā in au/
ribꝰ iuſti.qꝛ lꝫ obſtrepet mala vo/
lūtas diſſidēs ſibi ipi.ɔſonaē repit᷑
in toto ordine vniuerſi ¶ Cāticoꝝ
oim̄ p̄t auditor eē q̄libꝫ hn̄s fidem
de deo et ꝓductiue creaturaꝝ cum
bona et ɔſētanea volūtate credēs
vt tādē intelligat Infidelis ꝟo ꝑ
ſus ē alienꝰ.auribꝰ em̄ caret ſpirita
libꝰ nec gloria dei finē hꝫ ¶ Canti
coꝝ ꝑfectꝰ cātor ſolꝰ ē vir deſiderio
rū i gutture vel vaſis ſcāꝝ medita/
tionū ɔformit᷑ ad lr̄aꝫ et notulas
libri multiplici.nature.ſcꝑture ꝛ pi
cture ꝑ voces nūeroſaꝝ affectionū

## ¶ De exauditore.

¶ Cāticoꝝ exauditor eſt ipe deus

ꝑ ſe ꝑncipaliꝰ et miniſterialiꝰ ꝑ ſu/
os angelos et ſcõs. dãt cãtica nũc
letitie. nũc meſtitie. nũc ꝓut vult ex
vtroqꝫ tꝑata vt in viatoꝛib⁹ reſul/
tet ſolatiũ de quo ſũt ꝗnquaginta
verba ſequentia ¶ Primũ verbum
ſolatij et. xi. in oꝛdine ꝑcedẽtiũ vbi
deſcribiꝰ ſolatiũ ꝛ notificaꝰ ꝑ decẽ
verba ſub generalitate.

## ¶ Thom⁹ tercius

SOlatiũ eſt mulcebꝛis paſ/
ſio ꝯſurgẽs ex ꝑceptõe cõ
iũctionis obiecti ꝯueniẽtis
cũ ſubiecto ꝯueniẽti. Vel ſic. Sola
tiũ eſt ꝑceptio ꝯuenientis ꝯiũcti
Solatiũ ſumiꝰ ample vt ſe extẽdit
ad oẽꝫ potẽtiã ꝯgnitiuã. ſenſualeꝫ
ſcꝫ rõnalẽ ꝛ intellectualẽ vt dicim⁹
deuꝫ et angelos et hõies et aialia
delectari vel ſolatiari ¶ Solatium
ample diffinitũ ſic habuit ꝓ genẽ
paſſionẽ. ſic ꝓ differẽtijs ſuis reliq
ſũpſit. vt ꝯtra triſtitias oẽs poſitũ
eſt qḋ eſt mulcebꝛis ſeu ꝯueniens
paſſio. Additũ eſt nomẽ ꝑceptõis
ſeu appꝛehẽſionis vel apparẽtie. ex/
cludẽdo ꝑ hoc mot⁹ reꝝ ꝗ oĩmi pe/
nit⁹ carent ſenſu rõne vel intellectu.
¶ Solatiũ appꝛobate ſũptũ ẽ gau
diũ nõ qualecũqꝫ ſꝫ inꝰ anxietates
moleſtias et doloꝛes ꝓueniẽs apḋ
hõieꝫ ſecũ manentẽ vt in fletu ſit ſo
latiũ Vñ illḋ. Solanꝰ miſeri nunc
mea fata ſenis. Hinc ſpũſſanct⁹ ḋr
ꝯſolatoꝛ. et vgo maria conſolatrix
miſeroꝝ. dãte ḋo ꝯfert ¶ Solatiũ
ꝯſurgit ex ꝑceptiõe duplicis ꝯiun/
ctiõis obiecti ꝯueniẽtis ꝗꝝ vna eſt
realis. altera ſolũ intẽtionalis ſeu
ſpũalis vt in rõne vel intellectu vel
etiã in imaginatõne. Et ẜm ħ nõia
ſolatij generaliꝰ accepti et oppoſiti
doloꝛis multipliciꝰ ẜm pħos ꝑſer/
tim ſtoicos variantꝰ ꝗ ponunt gau
diũ nõ niſi in ſenſu ſeu motõe ſenſu/
ali et reali ¶ Solatiũ in nobis de⁹
ſic ꝑncipale efficiẽs. et angel⁹ de ce/
lo ſic ſubſeruiẽs et miniſtrãs oꝑaꝰ
vt dñ apparuit xp̃o angel⁹ de celo
ꝯfoꝛtãs eũ ¶ Solatiũ qḋlibet oꝛiꝰ
ex amoꝛe. idõ ꝗlis eſt amoꝛis talis
eſt ſolatij bonitas et finis. Vñ ſic
duas ciuitates duo amoꝛes ꝯſtitu
unt ſic et duo ſolatia. Solatiũ ter/
renũ aiale ꝛ diabolicũ inſtar epicu
reoꝝ oꝑaꝰ amoꝛ ſui vſqꝫ ad ꝯtem
ptũ dei. Solatiũ vo ꝗle deſurſũ ẽ
piũ pudicũ pacificũ ſuaſibile ꝛ mĩa
plenũ cauſat amoꝛ dei vſqꝫ ad ꝯtẽ
ptũ ſui ¶ Solatiũ nr̃m ꝗle debem⁹
inꝗrẽ fuit in xp̃o exẽplariꝰ et multi
pliciꝰ demõſtratũ ¶ Solatiũ ꝗd ſit
realiꝰ an oꝑatio vel aliꝗd ab oꝑa
tõe diſtinctũ nõ opꝫ a deuotis cu
rioſe ꝑſcrutari. ſꝫ ſcolaſticis delinꝗ
tanqꝫ ꝓbleuma rõeꝫ ad vtrãqꝫ ꝑ/
tẽ hñs. videꝰ ꝙ oꝑatio ſit ꝑ exꝑſſi
onẽ. ſolatiũ ſeu delectatio ꝑ impſſi/
onẽ. fruitio ꝑ ꝯnexionẽ ¶ Solatiũ
ꝓ varietate pſonaꝝ tꝑm et locoꝝ
ꝯuenit variari et ad ei⁹ adeptionẽ
doctrinã et ꝯgnitioneꝫ aliꝰ et aliꝰ
niti in pueris ĩ inſipiẽtib⁹. in ꝓficiẽti
b⁹. in ꝑfectl. queadmodũ variatur
imo. quãto crebri⁹ et ſepius auditis
et nõ impletis. tanto culpabiliores
eſtis. Qm̃. ij. Petri. ij. dicit̃. Melius
erat viã iuſtitie non cognoſcere q̃ꝫ
poſt agnitã retrorſũ cõuerti. Legi
tis ergo in ruinã vr̃aꝫ niſi vos pre
paretis ad emẽdatiõꝫ. neq̧ regula
res vocari meremini aut habitum
eoꝝ gerere ſeu de eoꝝ bonis neceſ
ſaria vite ſumẽ iuxta intentionẽ fũ
datoꝝ. niſi regulã obſeruetis pro
virib⁹. amodo in futurũ. d̃ ꝑteritis
penitentiã agentes. Donet autem
dñs vt verbis vtar aug⁹. vt obſer
uetis hec omĩa. ꝓpriũ abijciẽtes vt
vouiſtis quicunq̧ regulares eſtis
tanq̃ꝫ concordie et pacis aduerſa
riũ. Vos q̃ꝫ q̄ preeſtis ꝑ dei miſe
ricordia cogitate aio deuia reduct̃
et obliqua in directũ. neq̧ diſſimule
tis vlteri⁹. Nõ eſt em̃ grandis diffe
rentia vtrũ letũ inferas vel admit
tas ait Symach⁹ papa et Innocẽ
tius. Error cui nõ reſiſtit̃ approbat̃
et veritas ſi nõ defendit̃ opprimit̃.
Ezechielis. xxxiij. Sanguinẽ eius
de manu tua requirã. Hec de ꝑma
pte ſufficiãt in qua ꝓprietas regu
le beati auguſtini viſa eſt repugna
re. In ſcda pte videndũ eſt qualit̃
ꝓprietas impugnatur per ſacram
ſcripturam ⁊ canones tam auctori
tatibus q̃ꝫ exemplis.

## ¶ Cōtra proprietarios regulam Auguſtini

### ¶ Incipit ſcḋa ps huius tractatus

Religioſoꝝ ſtatus dicit ſan/
ct⁹ Tho. ſcḋa ſe. q. clxxxiij.
eſt pfectoꝝ ſicut et epoꝝ.
Probat̄ auctoritate ſaluatoris mat.
xix. Si vis pfect⁹ eſſe vende oia ⁊c.
Et Lu. x. Maria optimā ptē elegit.
Ad vitā eternā ingredi volentib⁹
neceſſaria ſūt precepta. ad pfectio/
nē ↄcilia. Hoc idē dicit Dioñ in. v.
et in. vi. caplis celeſtis gerarchie.
Monach⁹ vel theopentas. i. deo fa
mulantes pfectos vocans. Cōfor
miter etiā Paul⁹ ad coloſ. iij. Sup
oia caritatē habete q̄ eſt vinculum
perfectōis. vnūqḋq; em̄ perfectū ē
cū ſuo ↄiungit̄ fini quātū poſſibile
eſt. hoc aūt eſt per caritatē. j. Jo. iiij.
Qui manet in charitate in deo ma
net et de⁹ in eo. Et Dioñ. de diuis
nōib⁹. Extaſim eſt faciens diuinus
amor tranſponens totalit̄ amātez
in amatū. ſane tñ intelligendū. To/
tum enim et perfectum totalitate
diligibilis non diligitur niſi a ſe i/
pſo de⁹. totalitate diligētis aie niſi
a beatis. hoc eſt toto affectu. ſp in
deū tendē ſed bñ totalitate viato/
ris qui in affectu nihil habet nō ſo
lū repugnās caritati. qḋ eſt pccm̄.
qm̄ hoc etiā incipientib⁹ et pficien
tib⁹ ↄuenit ſed etiā impeditiuū ei⁹
vt ſunt ſolicitudo. cura tpaliū. poſ/
ſeſſiones. diuitie. ꝓpria volūtas. cō/
iugiū. et hmōi q̄ abijciūt̄ religiōis
voto. Nā teſte Auguſtino venenū
caritatis eſt cupiditas. Hinc in col
latiōib⁹ patrū inq̄t abbas moyſes
Jeiunia. vigilie. meditatio ſcriptu/
rarū. nuditas et priuatō facultatū
nō pfectio ſed pfectionis inſtrumē
ta ſūt. nec in ipis cōſiſtit diſcipline
finis. ſed p illa deuenit̄ ad finē. q̄a
nō ois religioſus pfectus eſt ꝫ tñ
pfectū habet ſtatū. Precepta remo
uent que caritati ſunt cōtraria. con
ſilia aūt impedimenta actus eius.
Dicit aug⁹. in enchiridion Quecū/
q; mandat de⁹ q̄ꝝ vnū eſt. non me
chaberis. Et quecūq; nō iubet ſed
ammonet potius concilio quorum
vnū eſt. bonū homini mulierez non
tangere Tūc recte fiūt cū ad chari
tatē ordinant̄ qua mox vnit̄ quis
deo. prima ad Thimot. vij. Finis
precepti charitas. Precepta vt ait
Hieroñ. ad demetriadē virginem.
Et prohibitōnes de neceſſitate ſūt
ſalutis vt colere deum et ſabbatuz
non occidere. non mechari ⁊c. quia
mala prohibentur et precipiuntur
bona per illa: Sed conſilia de con
ceſſis ſunt et licitis vt eſt libertas
voluntatis. vſus carnis in cōiugio
poſſeſſiones et diuitie. ꝑma Coꝛ.
vij. De virginib⁹ dñi preceptū nō
habeo. conſiliū aūt do. ab horum
abſtinētia voto ſe aſtringit religio
nis pfectio quo pfecti⁹ vacet̄ deo
ad augmentū meritoꝝ victoriā ten
tationū et maiorez vnionē cū deo
Hinc Jſiḋ. de ſūmo bono recedere
inq̄t bonū ē corpe. ꝫ longe melius

voluntate. Et Anſelm⁹ in libro de ſimilitudinibus ponit de homine vlcerib⁹ et arenulis pleno q̄ ſe ligari facit vt ſecet et ſanet. Et Gregl. ſup Ezechielē. Sicut holocauſtū ē ꝑfecti⁹ legis ſacrificiū qꜭ totū incēdit. ſic qui nihil reſeruant ſed ſenſuꝫ linguā atqꜭ ſubſtantiā omīpotenti immolāt ſolenni voto/vt deo totaliter ſe mancipent ꝑfectiorē habēt ſtatum cuiuſmodi eſt religio. Finis ſiquidē religionis ꝑfectio caritatis cui⁹ ſunt impedimēta tria q̄ abijciūtur voto. libertas ſui. poſſeſſiones et diuitie. et carnis voluptates licite ſecularibus. et ꝓhibite religioſis quatin⁹ ꝑ abſtinentiā hoꝝ promiſſaꝫ/operā dent caritati ꝑfecte. Cōfirmat id ipm̄ a ſancto Tho. vbi ſupra. Stat⁹ inquit religionis eſt q̄d dam exercitiū et diſciplina qua ad ꝑfectū itur caritatis. Ad hoc āt neceſſariū eſt ab amore mundaliū affectū diuertere vt patꝫ ꝑ aug⁹. li. x. cōfeſſionū. Minus te amat inquit dn̄e de⁹ quicunqꜭ preter te aliquid amat. Et Mat. vi. Nō poteſtis deo ſeruire et mām̄one. Et Jo. hes in canonica. Fr̄es nolite diligē mūdū ꝛc. Qm̄ q̄ diligit mūdū nō eſt caritas dei in eo. Et Gregl. in omel. Tāto inquit quiſqꜭ min⁹ ſupi⁹ diligit q̄nto magis inferi⁹ delectat. Amor ergo ſiue ꝯcupiſcentia carnis et oculoꝝ et ſuperbia vite ĩpediūt perfectionē caritatis dei ꝛ ꝓximi. trahūtqꜭ hōieꝫ inferi⁹ Sꝫ ꝑ oppoſitū paupertatis votū. caſtitatis q̄ꝫ et obedientie tendit ſurſū in deū veluti nihil inferi⁹ habēs q̄d delectet. Paupertatē ꝯmēdauit xp̄us caput eccleſie naſcendo Lu. v. qm̄ a pauꝑe matre virgine naſcit in ſtabulo. pannis inuoluit. et reclinat in p̄ſepio. Jn om̄i deniqꜭ vita ſua relucet paupertas. Nihil poſſidē in ꝓprio cōmēdat vetus teſtamentuꝫ Num̄. xviij. Dixit dn̄s ad Aaron Jn terra eoꝝ nihil poſſidebitis. nec habebitis parteꝫ inter eos. Ego pars et hereditas tua in medio filioꝝ iſrael. Nimis auar⁹ eſt dicit Aug⁹. cui nō ſufficit deus. Et ihieroñ Dn̄s cū iſtis infimis ps fieri dedignat. Et Amb. Ibi apti ſunt ad regnū celoꝝ q̄ nullis cupiditatib⁹ occupant ſꝫ ad futura feſtinant ꝓmiſſa vite celeſtis. Et Gregl. Jllic cupit anim⁹ aſſiſtē vbi ſe ſperet ſine fine gaudere. Et ad magna p̄mia ꝑueniri nō p̄t niſi ꝑ magnos labores Sic xp̄s te dn̄s ſue renūciat matri cū dicit. Que eſt mater mea et qui ſunt fratres mei. Cur tu dn̄o tuo cupis anteferri? Vn̄ iuueni querēti quo pacto vitā haberet eternā. R̄ndit veritas. Si vis inq̄t ad vitā ingredi ſerua mandata Rurſus dicente iuuene. hec oīa feci a iuuētute Dixit. Si vis ꝑfectus eſſe vade ꝛ vende oīa que habes et da paupib⁹ ꝛ ſequere me Hoc ſūmopere clauſtralib⁹ notandū Non enim ait dominus manduca. quieſce dormi. fruere delicijs. et honorib⁹ mundi. theſauros habeto vaſa argētea. iocalia ꝛ cetera

ſed dicit vende om̄ia. non ptē ſicut Ananias et ſaphira. ſed om̄ia tua ſupple que habes iuſto titulo. Nec ait da ꝓximis. ſed paupib⁹. Nec at tendendū dicit Aug⁹. quib⁹ monaſterijs aut indigentib⁹ hoc feceris qm̄ oim xpianoꝝ res vna publica eſt. Audiāt paupes ⁊ letent. que ſit ps hereditatis eoꝝ. Beati inquit xp̄s paupes qm̄ ipoꝝ eſt regnū celoꝝ. Ecōtra paul⁹ ad Thimot. vi. Radix inqt omniū maloꝝ cupiditas. Hac cupiditate pl⁹ habēdi ꝗ̄ opus eſt ſm gloſā mgr̄i. et diabolus cecidit de celo in infernū. et parentes nr̄i pmi de paradiſo in exiliū In greco aūt habet radix oim maloꝝ philargiria i. amor pecūie. Scribit etiā Ecci. x. Auaro nihil ē ſceleſti⁹. Et apſs vbi ſup. Quā quidam inquit appetentes errauerunt om̄ino a fide xp̄m deſerentes. qꝛ in duob⁹ locis non pōt affect⁹ noſter partiri deſideriū ſuū. Breuiter diuerſis in locis ſacra ſcriptura laudat et approbat volūtariā pauper tatē. In religione ergo q̄ eſt dom⁹ dei abijcienda eſt om̄is negociatō et ꝓprietatis poſſeſſio. Non ſit inqt Hieroñ. in domo orōnis negociatio. nō poſſeſſionū amor. non cupiditas/ne ingrediat. Jhs irat⁹ ſpeluncā latronū et menſas ſubuertet vendentiū in hora nouiſſima mortis Multi inquit Origenes ſunt in domo dei que eſt eccleſia nō ſp̄ualiter vt promiſerūt viuentes ſed carnaliter magis. vendentes et ementes. qui rarius orōni debite vacant ſecularib⁹ intenti ⁊ dediti negocijs

Actenus ꝓprietas colliſa lapidib⁹ ſacre ſcripture. ſupeſt eaȝ per canones ſacras impugnare extollendo voluntariā pauptatē Clemens quart⁹. xij. q. i. ſiquidē dulciſſimus ꝛc ſic dicit. Cōmunis vita om̄ibus eſt neceſſaria fratres. maxime his qui deo irreprehenſibiliter cupiunt militare et vitam apoſtoloꝝ imitari. Cōmunis eīn vſus omniuȝ que in mūdo ſunt/omnibus eſſe debuit. ſed p iniquitatem alius dixit hoc eſſe ſuū. alius oppoſitum. et ſic inter mortales orta eſt diſſenſio. Deniqȝ grecorū quidam ſapientiſſimus omnia omunia eſſe amicorū dixit. Et ſicut aer ait aut lux ſolis diuidi non poteſt aut mediari. ita nec cetera quecunqȝ omunia q̄ data ſunt omnib⁹ ex natura. Propter quod dn̄s ait per ꝓphetam. Ecce ꝗ̄ bonum ⁊ ꝗ̄ iocundum habitare fratres in vnum Et apoſtoli cōmunem in vnū duxerunt vitaȝ. Qm̄ vt in coꝝ actibus dicit. multitudinis credentiū erat cor vnū et aīa vna. nec quiſqȝ aliquid dicebat ſuū. nec erat egens inter eos. Omnes qui domos vel agros poſſidebāt venditis illis offerebant precium ante pedes apoſtoloꝝ. ſicut quidā vr̄m cognouerunt et viderunt nobiſcuȝ Ananias aūt vir auſter⁹ et Saphira vxor ei⁹ qꝛ mentiti ſūt. nobis p̄ſtib⁹ corruerunt. Sequit Quapropter vobis cauenda mandamus ⁊

vobis obedire p̄cipim⁹ doctrinis apl̄oꝝ et exemplis vt ab apoſtolicis regulis nō diſcedatis ſed cōmunē vitā ducētes adimplere ſatagātis. Ibidem ſtatim allegatur poſt. Hieroñ⁹ ad nepotianū. Cleric⁹ int/ ꝑteꝛ vocabulū ſuū et eē nitat̄ qd̄ dicit Cleros grece ſoꝛs eſt latine. qꝛ dn̄s pars ei⁹ et de ſoꝛte domini ſunt. Talis ergo eſſe debet vt poſſideat̄ a dn̄o et poſſideat ipe dn̄m. Qꝛ ſi quippiā pꝛeter dn̄m poſſideat pars eius nō erit dn̄s. verbi gr̄a ſi aurū. ſi ſupellectile cū iſtis ñ dignatur dn̄s fieri ps eius. Hinc leuita nō accepit partē in terra ſicut ceterę trib⁹. Ambꝛoſi⁹ ꝯſequenter de fuga ſeculi hoc in loco inducit. Cui ait poꝛtio eſt de⁹ nihil curare debꝫ niſi deū ne alteri⁹ neceſſitate et ſolicitudine impediat̄ Aug⁹. in eodeꝫ loco Nolo ꝛc Due res ī vobis pollere debent. ꝯſcia ſcꝫ et fama. Conſcientia eſt neceſſaria tibi. fama pximo tuo. Sequit̄ paulo poſt. Nulli licꝫ in ſocietate nr̄a aliquid habere ꝓpriū Et ſiqui habuerint faciūt qd̄ nō licet. Sequit̄. Qui habent ꝓpriū vel habere volūt aut de ꝓpꝛio viuere contra p̄ceptū nō mecū manebunt in ſocialē vitaꝫ Malo habere claudos q̄ꝫ plangere moꝛtuos. Ex concilio lateraneñ. extra iij̄. c. d̄ ſtatu monachoꝝ. Monachi nō pꝛecio recipiantur in monaſterio nec permittant̄ habere peculiū. Peculium habere vt dicit magiſter Gerard⁹ magn⁹ in tractatu de ꝓprietate monachoꝝ. non eſt habere pꝛincipale dominiū in re ipa. ſed vt ſeru⁹ ſub dn̄o. ſub pr̄e fili⁹ ſub abbate monachus. ex licentia ipoꝝ ſub quib⁹ ſūt Et tñ hoc nunq̄ꝫ monachis conceditur ſm glo. Inno. qui eſt lucerna iuris niſi ꝓ adiuncta adminiſtratiōe vt ſi fuerit veſtiari⁹ elemoſinari⁹ vel theſaurari⁹ vel hmōi, cōmune hn̄s officiū. deſeruiens vtilitati cōmuni eccleſie. vt fidelis ſit et pꝛudens diſpenſatoꝛ nō querens q̄ ſua ſūt ſed que omniū. Qui āt peculiū habuerit niſi ab abbate fuerit ei ꝓ iniūcta adminiſtratione ꝑmiſſū a cōmunione pꝛiuet̄ altaris. Et qui in extremis cū peculio fuerit inuent⁹ et digne nō ꝑpenituerit nec oblatio ꝓ eo fiat nec inter fratres habeat ſepulturā. Qd̄ de vniuerſis religioſis p̄cipim⁹ obſuari Abbas āt q̄ diligēter iſta nō cauerit officij ſui iacturā ſe nouerit incurſurū. Conſequenter Clemens terti⁹ paulo poſt ſup quodā canonico regulari q̄ in articulo moꝛtis agens licet a pꝛoꝛe ſuo monit⁹ ꝓpriū qd̄ cōtra regulaꝫ latent̄ habuerat noluit reſignare et ſic diem clauſit et fuit inter fratres traditus ſepulture. Et infra. Inquiſitioni tue reſpondem⁹ ꝙ ille canonic⁹ non tm̄ fuerat xp̄iana ſepultura priuandus. verū etiam ſi ſine maximo ſcandalo fieri potuit de ipa pꝛici dignus eſt eccleſia. Item ibidē Innocēti⁹ terti⁹ abbati et conuētui ſub lateñ. Cū ad mōaſteriū ꝛc. firmit̄ inhibem⁹ neqꝫ de cetero monachoꝝ

lineis camiſijs vtať. Prohibemꝰ di
ſtricte ſub atteſtatiōe diuini iudicij
ne quis monachoꝝ ꝓpriū aliquid
poſſideat. ſed ſi ꝗs aliquid ꝓprium
habet totū in ꝯtinenti reſignet. Et
infra Si ꝓprietas ⁊c apud quenqꝫ
inuēta fuerit in morte ipa cū eo in
ſignū ꝑditionis extra monaſteriuz
in ſterquilinio ſubterreť ſm ꝙ. bea
tus Gregl. in dialogo ſe narrat fe/
ciſſe Vñ ſi quicqꝫ alicui fuerit deſti
natū nō ꝑſumat illud accipe ſꝫ ab/
bati aut priori aut cellerario aſſigne
tur. Sequiť in fine. Nec eſtimet ab/
bas ꝙ ſuꝑ ꝓprietate poſſet cū aliꝗ
monacho diſpenſare Quia abdica
tio ꝓprietatis ſicut et cuſtodia caſti
tatis adeo ſunt annexa regule mo
nachali vt circa eā nec ſūmꝰ ponti
fex poſſit licentiā indulgere. Qz au
tem votum ſolenne religionis indiſ
pēſabile ſit ptz Leuitici vltimo. vbi
diciť qđ ſemel ſanctificatū eſt dño
nō pōt in alios vſus ꝯmutari. Nec
facere pōt prelatꝰ ꝗn deo ꝯſecratꝰ
ꝑ votū religionis obligeť ad hoc
quod vouit Idem ſentit Berñ in li
bro de precepto et diſpenſatione
Quicquid ait in ſpūalibꝰ in regula
eſt traditū in manu nō relinquitur
abbatis. Et paulo poſt. Neqꝫ eniz
abbas ſuꝑ regulam eſt cui ſemel eti
am ipe ſpontanea ꝓfeſſione ſe ſub/
iecit et deuouit. Votū etiā pauꝑta
tis indiſpenſabile oſtendit ſanctus
Tho. ſcđa ſcđe. q. lxxxix. Grauius
eni ait eſt ꝗꝫ ꝑiuriū votū fractū. ex
eo ꝙ deo ſoli votū fit et ꝓmittitur
Iuramentū aūt deo et hōibꝰ Se
cundo qz votū obligat ex fidelita
te reddendi deo ꝓmiſſū. Iuramen
tū vero ex reuerentia veritatis que
eſt ipe. Grauior eſt aūt infidelitas
ꝗꝫ irreuerentia. ergo ⁊c Et cōfirma
tur ꝑ eundē in eodē libro in mate/
ria de voto vbi diciť ꝙ ſi votū fi
at ſolenne etiā đ impoſſibilibꝰ. ver
bi gr̃a. Peregrinatio egrotis. ele/
moſina pauꝑibꝰ. et hmōi. nihilomi
nus dꝫ ſemꝑ haberi ꝓmptitudo
volūtatis quotiēs occurrit memo
rie et facere qđ in ſe eſt. In his etiā
que ꝑ ſe mala ſunt et bene fieri ne
queunt diſpenſatio nō cadit ſcđm
Berñ. in ep̄la ad adam monachū.
⁊ in libro de precepto et diſpenſa
tione. cuiuſmodi eſt habere ꝓprium
monacho qui ad nō habendum ſe
aſtrinxit ꝑ votū religiōis. Propꝛiū
inquit poſſidere hōi ſeculari licitū
eſt. monacho aūt purū malū Nam
vbi proprietas ibi ſingularitas vt
dicit Berñ. ad carthuſieñ. vbi ſingu
laritas ibi angulus. vbi angulꝰ ibi
ſordes. vbi ſordes ibi rubigo et di
uiſio. Benedictꝰ. xij. Illis inꝗt qbꝰ
incumbit onus de veſtiarijs calcia
mētis et alijs corꝑis neceſſarijs ꝓ
uidēdi ſtatuimꝰ vt hoc decenter fa
ciāt tꝑe cōgruo iuxta ſuppetentiaz
facultatū et cōditiōez regionis. Et
ſequiť nodꝰ. Et illud qđ erit dādū
ſingulis canonicis ꝓ veſtiario ta/
xeť in ānuali. Non eſt intelligenda
hmōi taxa in pecunijs dādis cuili
bet ſingillatim ſꝫ magis ſm lr̄am
regule magiſtro veſtiarij qui de/
bet iſta ꝓuidere in cōi ꝓ oībꝰ illis

inquā quibᵒ incumbit onus de ve/
ſtiariꝭs et calciamētis ⁊c. Nā diſtri
buta cuilibet portiōe pecunie vt iſti
falſo opinanť. ſequitur ꝙ nulli in/
cūbit onus iſta prouidendi in com
muni ꝑ ſingulis. Eſt hoc đ anathe
mate iherico aliquid cū Achor re/
ſeruare. Achor id ē ꝑuertens ꝑmiſ
ſum votū. tria de anathemate ꝓhi
bito cōtra deū furať. regulā aureā
palliū coccineū. et trecentos argen
teos. i. ꝓpriā voluntatē. carnis vo/
luptatē. et diuitias ſeculi. Tot em̄
modis religionis frangiť ſacramē
tū Sed nō eſt tacenda punitio huic
ſceleri inflicta. Mox em̄ derelicti ſūt
filiꝭ iſrael a dño et ꝓſtrati ab hoſti/
bus vrbis hay. i. a vitiꝭs cunctis
deducti in precipiciū morū. Cū aūt
fleret Joſue ſtragem iſtaz/ ait dñs
illi. Peccauit ppl̄s iſrael et ꝓuarica/
tus eſt pactum meū. tulerunt ꝗ de
anathemate et furati ſunt ⁊ menti/
ti et abſconderūt inter vaſa ſua nec
poterit ſtare ante hoſtes ſuos. ꝗa
pollutus eſt. Et nō ero vltra vobiſ
cū donec cōteratis virū qui huius
ſceleris reus eſt. Jn quo innuiť ꝙ
dñs in totā eccleſiā iraſciť ꝓpť vnū
ꝓprietariū vt dicit auctor ſūme vi/
tiorū. ꝓpterea perſequendᵒ eſt talis
ne ꝓpter vnū ceteri patianť omnes
Quī vt ait apl̄s ad Rho. i. Qui ta/
lia agunt ſcelera ſupple ꝑus enume
rata digni ſunt morte Nō ſolū qui
faciūt ſed qui cōſentiūt facientibᵒ.
lxxxiiꝭ. di. dicit Symachᵒ papa in
decretis. Nō eſt grandis dña an l. /
tum inferas vel admittas. Et Jn/
nocentius ibidē Error cui nō reſi/
ſtitur approbatur. Pius etiā papa.
Quid ꝓdeſt ſuo errore nō pollui.
qui conſenſum preſtat erranti. Et
Ambroſius in libro de patientia in
quit. Qui a ſocio ſi pōt iniuriā non
repellit. tantus in vitio eſt ꝗ ille ꝗ
facit. O formidanda ſententia reli/
gioſis que ſequiť Joſue. viꝭ. Ana/
thema. i. ꝓprietas in medio iſrael ē
id eſt cōtemplatiuoꝝ. Nō poteris
ſtare corā hoſtibᵒ tuis donec cōte/
rať qui cōtaminatᵒ eſt hoc ſcelē. ⁊c.
Sequiť in fine capituli. Et lapida/
uit Achor om̄is multitudo filiorū
iſrael. et cūcta ꝗ ꝯtulēat de anathe
mate igne cōſumpta ſūt. Potiᵒ ꝓpri
etariᵒ in ſeculo cōterať lapidibᵒ cor
rectionis et cremeť facibᵒ caritatis
et zeli dei ꝗ poſt mortez ſuppliciꝭs
diſſimulādo deputeť eternis. Scri
biť ad propoſitū ſcđo Machab. xiꝭ
ꝙ cū corꝑa que ceciderāt in bello
cōtra Gorgiā ydumeū poſt diem
ſeptimū Judas pararet ſepelire in/
uenit ſub tunicis occiſoꝝ de dena/
riꝭs idoloꝝ ꝗ apđ Jāniā ceperant
ꝯtra legē ⁊ eos ꝯperit corruiſſe ob
hāc cauſā. Si ergo iudeis viris po
pularibᵒ tā grauis vltio cōtigit ꝑ
acceptis ſemel ⁊ retētis cōtra legē
eoꝝ denariꝭs. ꝗd ꝑfectis viris fiet
trāſgreſſione votoꝝ ſolēniū. nec ſe
mel ſꝫ ꝑ totā vitaz eoꝝ. Apoſtaſia
quedam eſt dicit auctor ſumme vi/
tiorū proprietas monachoꝝ ma
ior ꝗ relinquere habituz aut exire

prietas eccleſie preter prelati licētiā
q2 pauptas voluntaria magis eſt
de ſubſtantia religionis q3 habit⁹.
Religio em̄ ordinat᷑ ad pfectionē3
caritatis que eſt amor dei vſq3 ad
ↄtemptū ſui. Habere ergo propꝛiū3
vt dicit ſanctus Tho. ſcd̄a ſcd̄e.q.
clxxxvi.arg.vij.repugnat pfectioni
religionis.voluntaria pauptas pa
cis eſt fundamentū vt dicit Auguſ.
in li xix.de ciuitate dei. Inter fr̄es
inquit ↄcors ⁊ amica conſonantia
charitatis fraterne cū nihil habet
vnus quod nō omnes. Ecōtrario
inter proprietarios rixe quotidiane.
inuidie.ſuſurratio.detractio. nulla
pax.nulla caritas.nulla ſalus. opi/
niones et brige.adeo vt quicquid
placet vni diſplicet alteri. Hinc ſciſ
ſure et diſcordie. inequalitates in
habitu et victu.hic abiecte.hic curi
oſe induit᷑.hic vt dn̄s.ille vt ſeruus.
hic vt pauper.ille vt diues incedit.
hic eſurit.ille ebrius eſt.hic aurū cō
tra votū poſſidet.ille debitis mltis
obligat᷑.⁊ omnia dilapidat ⁊ expē
dit. Et ſic fraudat᷑ intentio fūdato
rū.ↄtemnit᷑ eccleſie inſtitutio.vilipē
dit᷑ euāgelica inſtructio. negligitur
propria ſalus.et lumen pfecte reli/
gionis quondā in eccleſia radians
pro maiori parte modernis tpib⁹
proh dolor obſcurat᷑ ne dicā extin/
guit᷑. Et hec de ſecūdo membro di/
cta ſunt

## Incipit tertia pars hui⁹ tractatus

Excuſſis vtcunq3 telis duo
bus ex pharetra inculti⁹ q3
expoſceret ordo et digni/
tas materie ſupeſt accedere ad ter
tiū quo p virib⁹ reuellende ſūt p/
prietarioꝝ obiectiones. Primo ſiq
dem loco quodā palliamento falle
vident᷑ dicentes veſtiariū non eſſe
ppriū ſed magis pcuratio.qd̄ ab/
uſio eſt nōis. Nā pcurare eſt curā ge
p aliis. pprietari⁹ aūt p ſe ſolo cu/
rat. Item pcurator veſtiarij per re
gulam dicit᷑ eſſe omunis p oīb⁹.
iſti aūt p ſe tm̄. In quo ↄtrariant᷑
regule necnon et voto pauptatis.
In deut᷑.xxiij.ca.ſcribit᷑. Cū votū3
voueris dn̄o deo nō tardabis red
dere. q2 requiret illud dn̄s de⁹ tu⁹.
Si morat⁹ fueris reddere imputa/
bit᷑ tibi in pcc̄m. Et paulo poſt Qd̄
ſemel egreſſū eſt de labiis tuis ob/
ſeruabis et facies ſic̄ pmiſiſti dn̄o ⁊c̄
Et Malach.pmo Ad vos o ſacer
dotes qui deſpicitis nomē ⁊c̄. Et in
fra. Et offertis ſup altare meū pa/
nē pollutū. Et paulo poſt. Non eſt
mihi voluntas in vobis dicit dn̄s
exercituū.et munus nō ſuſcipiā3 de
manu vr̄a. Sequit᷑ in fine. Maledi/
ctus doloſus qui h3 in grege ſuo
maſculū et votū faciēs immolabit
debile aīal. Maſculū vouit dn̄o re/
gularis cū pauptatē deſponſauit.
ſed debile reddit qui adhuc ſeruat
ppriū. Irridere ne eſt auguſtinum
patrē dicentem in exordio regule.
Hec ſunt que vt obſeruetis precipi
m⁹ ⁊c̄. Et ſeq᷑t᷑. Et nō dicatis aliqd

ꝓpriū Scḋo obijciūt ꝯſuetudinem tanto tp̄e et a pſonis tā diſcretis ⁊ eruditis ⁊ in tot monaſterijs obſeruatā. Quib⁹ rn̄det regula iuris dicens. ꝙ poſſeſſor male fidei nullo tp̄e preſcribit. Et aug⁹. in enchiridion. lxxxvi. Nr̄is ait tp̄ib⁹ multa mala ita in aptaꝫ ꝯſuetudinē deuenerūt. vt aut pua aut nulla eē credāt̄ q̄ magna atq̄ꝫ horrenda ſunt. vſqꝫ adeo vt nō ſolū nō occultāda vez etiā p̄dicanda et diffamāda videātur. Item idē ſup illud ad Galatas. Timeo ne forte ſine cauſa laborauerim in vobis. exclamare inq̄t cōpulſus ſū. Ve peccis hoīm. q2 ſola iniuſta exhorreſcim⁹ Uſitata vero ꝓ quib⁹ abluendis filij dei ſāguis effuſus eſt. quāuis tam magna ſint vt omīno claudi contra ſe regnum dei faciāt. ſepe videndo omīno tolerare. et ſepe tolerando etiā facere cogimur. Item in ſermone quarte dn̄ice aduent⁹. Nolite inq̄t pecca cōtemnē in quib⁹ forte iā ꝯſuetudinē feciſtis Omne eēm pccm̄ ꝯſuetudine vileſcit et fit hoī quaſi nullū. Ilico vt obduruit iam dolorem pdidit ⁊ putre eſt nec ampli⁹ dolet. qḋ aūt nō dolet nō ꝓ ſano habendū eſt ſꝫ magis ꝓ mortuo ꝯputandū. Cum vlcus pungit̄ et dolet. aut ſanū eſt aut adhuc ſpē habet ſanitatis Cū aūt pungit̄ et non dolet ꝓ mortuo habendū eſt et de corpe p̄cidendū Dicant igit̄ ꝓprietatis defenſores qui vouerūt pauptatem an ꝯſuetudo iſta eos excuſet. Sꝫ dicēt forte ꝙ papa vel eccleſia cū eis ſup hoc diſpenſauit. Audiāt papā Innocēciū expreſſe dicentē. Abdicatio inquit ꝓprietatis ſicut et cuſtodia caſtitatis adeo eſt annexa regule monachali vt nec ſūm⁹ pontifex poſſit circa eā diſpenſare. ergo a fortiori nec generale capitulū ordinis. nec abbas pōt indulgere licentiā. cum papalis ptās excedat omnē poteſtatē inferioꝝ poſt xp̄m vt habet̄ diſ. xciij. c. ipan⁹. et. xij. non decet. Qr aūt votū hoc non ſeruet̄ multis in locis a plurib⁹ annis et magnis viris nō excuſat ſed magis aggrauat Inoleuit aūt hoc ex negligentia p̄latoꝝ in ſaluris eoꝝ piculū. Nihil magis diſſonū ratōni qꝫ habitū ordinis gerere exteri⁹ in oculis hoīm et ſtatū pfectionis ſimulare. interi⁹ aūt vota ſaluti neceſſaria infringē Rōnalis eſt cōis ꝯſuetudo q̄ a iure approbat̄ dicit Ioh. in ſūma cōfeſſo. lib. ij ti. vi. Et quā rhomana eccleſia ſeruat aut p̄cipit ſeruandā. Irrōnabilis āt vel iniqua nō p̄ſcribit. Innocenti⁹ dicit ꝙ rationabil' illa dicit̄ q̄ nō obuiat canonicis inſtitutis aut quā ius ſuſtinet. Irrationabil' aūt que ꝯtra canonū inſtituta et a iure improbat̄ cuiuſmodi ē ꝓprietas inter religioſos. Dit enim Gregl. cuidā ep̄o. Si cōſuetudinez opponis. tibi eſt aduertendū ꝙ dominus dicit in euangelio Ioh. xiiij Ego ſū veritas. Nō ait. ego ſū conſuetudo. Qm̄ Cipani martyris ſententia eſt. ꝙ quelibet conſuetudo

quātauis vetuſtate vulgata ſp̄ eſt
veritati poſtponenda. et vſus oīs
veritati ꝯtrari⁹ abolend⁹ eſt. Con/
ſuetudo q̄ꝫ ſine veritate. vetuſtas ē
deteſtabilis erroꝝ. Fruſtra ergo cū
hic abuſus ꝓprietatis. euāgelioꝝ.
canonū et ſcōꝝ patrū auctoritati/
b⁹ reprobat̄. ꝯſuetudo dicit̄. ꝫ ma/
gis vſitata culpa debet vocari. q̄
obligat mentē pondere ſuo vt ait
Gregꝰ. in quarto moraliū. vt neq̄q̄ꝫ
etiā ſurgē poſſit cū velit. et quot vi
cib⁹ frequētationis p̄ue aſtringit̄.
quaſi tot vinculis in mente ſua col
ligatur. Scribit q̄ꝫ Hieroñ. ad Ce
lantiā. Aſperā inq̄t et inſuauē fecit
nobis virtutū viā longa ꝯſuetudo
peccandi. Iſid. etiā in li. ſoliloq̄oꝝ
p̄mo. Prau⁹ inq̄t vite vſus aboleri
difficulter p̄t. et aſſidua ꝯſuetudine
vitiū in naturā ꝯuertit. Anim⁹ ſcele
rib⁹ irretit⁹ vix diuelli p̄t dicit Be/
da in li. de templo ſalomonis. Nō
eſt paru⁹ labor a ꝯſuetudine ſeſe pe
ſtifera reuocare. Inanis ergo ē hec
excuſatio in pctīs et friuola q̄ pre/
tendit̄ ꝓpter ꝯſuetudinē malā. qua/
ſi diceret̄. ꝙ abolita ſīt p̄cepta legis
qꝛ iā a maiorib⁹ et maiori pte hoīꝫ
nō ſeruant̄ et qꝛ nō ſeruare ea a lō
go eſt ꝯſuetū. Tertio obijciūt ꝓpri
etatis defēſores. ꝙ in capitul̄ eoꝝ
de hmōi ꝓprietatis vſu diſpenſatū
eſt vſq꜃ adeo ꝙ ampli⁹ nō ſit timi/
dū. Pace ſalua dicentiū. vt dictū eſt
ſup̄ et allegatū ꝑ decretalē Innocē
tij tertij. extra de ſta. mo. cū ad mo
naſteriū. Qz votū paupꝛtatis adeo

ānexū eſt regule monachali vt nō
eſtimet abbas ꝙ ſuꝑ habēda ꝓpri
etate poſſit cum aliquo diſpenſare
imo nec ſūm⁹ pontifex. Idem dicit
ſanct⁹ Tho. in ꝭa ꝭe. q. lxxxviij. de
voto ſolenni ꝙ eſt indiſpenſabile.
Cōformit̄ ad decretalē. qm̄ minus
eſt ꝯmutare votū q̄ꝫ abſoluere vel
diſpenſare. Sꝫ aīal deo votū ꝯmu
tari nō p̄t. Leuit. xxvij. Sanctū erit
inq̄t lr̄a et ꝯmutari nō poterit ꝓpt̄
meli⁹ aut pei⁹. Cauſā aſſignat do/
ctor ſanct⁹. Qm̄ mox vbi vouebat̄
deo. ſāctū reputabat̄ q̄i diuino cul
tui mancipatū. Sicut nec modo ca
lix aut alia res ꝯſecrata deo poſſꝫ
ꝯmutari in meli⁹ aut pei⁹. Si ergo
nō p̄t ſūm⁹ pontifex ſanctificatōēꝫ
rei inaīate tollere vt lapidis altarꝭ.
calicis. aut veſtimētoꝝ. ergo mlt̄o
min⁹ ab hōīe deo ſanctificato per
votū ſolēne religionis. Iō facē nō
p̄t ꝓp ꝙ q̄ religiōīs ꝓfeſſiōe ſcīficat⁹
eſt. deo nō teneat̄ trib⁹ eſſentialib⁹
votis q̄ꝫdiu ſtat in religione. Rur/
ſus qꝛ votū eſt ꝓmiſſio deo facta
dicit ſanct⁹ Tho. et non reddē deo
votū. ſpēs q̄daꝫ infidelitatis eſt q̄
ſub diſpenſatōe nō cadit. Et ſic nō
p̄t abbas p̄cipe malū ſuo mōacho
vt dicit idē ſanct⁹ ꝭa ꝭe in materia
de voto ita bonū deo debitū nō p̄t
ꝓhibere. Et in manifeſtis malis diſ
penſatio nō excuſat a culpa. Hinc
ſanct⁹ Bern. in li. de p̄cepto et diſ/
penſatiōe dicit. In ꝑ ſe malis non
cadit diſpenſatio et q̄ bn̄ fieri non
poſſūt. cuiuſmodi eſt habere ꝓpriū

ei qui om̄ia abiecit in voto pauper
tatis. Hoc inq̄t Bern̄. ad adā mo/
nachū. ſeculari ꝓpriū poſſidē licitū
eſt. monacho vero purū malū. De
niq3 ſi diſpēſatū ē iure aut facto. nō
deberet hoc votū exigi a ꝓfitētib⁹
nec ꝑmitti in regula. Dicit quoq3
Bern̄. in li. de precepto et diſpenſa/
tiōe. ꝙ quicq̄d in regula traditur.
in manu nō relinquit̄ abbati. Neq3
abbas ſupra regulā ē. cui ſemel ipe
ſeſe ſpontanea profeſſione ſubiecit.
Quarto obijciūt et dicūt ꝙ tradi/
tio illa clauiū excuſat que fieri ſolet
quolibet anno in manu ſupioris.
Iſtud repugnat obiectioni p̄ceden
ti. Nā ſi diſpenſatū eſt de hoc ꝓpri
etatis voto vt obiectio precedens
p̄tendit. fruſtra eſt clauis tradenda
abbati in ſignū ɔſenſus. Eſt etiam
ɔtra decretalē ſepi⁹ allegatā q̄ vo/
tū indiſpenſabile ponit paupertatis
ſicut et caſtitatis Ergo ſicut abbas
nō poſſet diſpenſare de fornicatio
ne. ita neq3 de poſſeſſione in ꝓprio
niſi dūtaxat in cōi. ratione alicui⁹
amminiſtrationis vel officij. et nō
ꝓ veſtiario vl̄ neceſſitate ſingulari
Teſte decretali ex ɔcilio lateranēſi
extra de ſtatu monachoꝝ que ait.
Monachi prece nō recipiāt̄ nec pe/
culiū h̄re ꝑmittant̄. Peculiū longe
min⁹ eſt q̄3 ꝓpriū. q2 ſm̄ iura q̄ res
habent in peculio nō habēt plenū
aut p̄ncipale dominiū ſibi ſ3 ſuo ſu/
ꝑiori. vt ſeru⁹ ſub dn̄o. fili⁹ ſub pa/
rentib⁹. et monach⁹ ſub abbate. ſed
ex eoꝝ ſub quib⁹ ſūt licentia ꝓ tpe
ɔmutādi. vendendi ꝛc. Et hec potē
tia nō eſt libera. ſed limitata et ſub/
iecta. et tn̄ ɔciliū Lateranen̄ hoc ꝓ
hibet monachis. a fortiori g° ꝓpriū
Obiectio ergo p̄dicta abuſus eſt ꝛ
irridere deū qui tn̄ nō irridet̄ vt ait
apl's ad Gal. vi. Solū ergo licitu3
eſt illis et ꝑmiſſū claues abbati vel
ſupiori referre qui habēt āminiſtra
tionē vt magiſter, veſtiarij. theſaura
rius. cellerari⁹. aut elemoſynari⁹. in
ſignū ſubiectiōis et āminiſtratōis.
Mendoſa q̄3 eſt et deluſoria veri/
tatis p̄tenſe claue3 abbati referre.
q2 clauē referūt ſed retinent ope et
affectu q̄ ſūt ſub claue recluſa. Duo
ſūt inquit Hugo de ſanct. vict. que
relinquere optet ꝓpter deū. Facul/
tas retinendi quicq̄3 ꝓpriū. et volū
tas habendi. Et tn̄ tradēdo clauē
neutꝝ relinquitur hoꝝ. Dic queſo
defenſor ꝓprietatis qd̄ ſeruas in ci
ſta. tuū eſt an nō? Tuū dicere vetat
regula in p̄ncipio. Nemo inquiens
dicat aliq̄d ꝓpriū. Ergo tuū nō eſt
ſed omnium. nec tibi ſeruare debes
aut in vſū accipere qd̄ tuū non eſt
Quid ergo cuſtodis nō tuū? Repo
ne. repone in cōi qd̄ tuū nō eſt ſed
omniū in cōi. neq3 claue3 referas q̄
clauē habere nō debes Quinto ob
ijciūt defenſores ꝓprietatis dicen/
tes nō eſſe ꝓpriū. ꝓ hoc ꝙ ad nutū
manet abbatis quotiens volet re/
uocare. Cōtra hos iam in parte re
ſponſū eſt ſupra Primo q2 neq3 re/
ligioſus retinere pōt peculium aut
ſeruare niſi ꝓ amminiſtratōe officij

nec abbas poteſt diſpẽſare. Scḋo q2 nec abbas eſt ſupra regulã que hoc ꝓhibet. ʒ regule obligat⁹ et ſb ditus. vt dicit Bern̄. in li. de preci. et diſpenſ. Fallit̄ ergo et q̄ retinet peculiũ et p̄latus q̄ conſenſit. niſi ꝓ adminiſtratione. Fera ſeuioꝛ eſt le/one ꝓprietas. maxime ſi hypocriſi cõmiſceat̄. Simulata enim equitas duplex eſt iniq̄tas. dicit augꝰ. ſuper pſal. lxvi. Duplici gradit̄ via dicit Gregꝰ. q2 coꝛp⁹ exterius. ʒ per amorem gloꝛie mundo viuit. Et ↄtra ꝓhibitionẽ Moyſi induit̄ veſte cõte/xta ex lino et lana. Deut. xxiij. Per lanã ſimplicitas. ꝑ linuꝫ ſubtilitas ſubdola intelligit̄. Linũ celat interius. lanã exteri⁹ oſtentat. Nulla res inq̄t Chryſ. ſup Math. ſic extermi/nat ſic̄ ſimulatio. Naꝫ malũ ſub ſpẽ boni celatũ nõ cauet̄ dũ nõ ↄgno/ſcit̄. Immõi eſt ꝓprietari⁹ q̄ ꝓpriũ excuſat et palliat ꝑ abbatis licentiaꝫ Nõ habeo inq̄t. nõ poſſideo. ʒ ab/bas me⁹. et tñ ↄtra abbatis voluntatẽ ſi foꝛſan ꝓ cõi neceſſitate fratrũ ſciret abbatẽ recepturũ q̄ poſſi/det. abſconderet. Aut ſi bono mo/do nõ poſſet. inutilit̄ exponeret. Se/xto obijciũt dicentes. ꝓpriũ nõ eſſe aliq̄d cuſtodire ꝓ neceſſitatibus ſecretiſ. et potiſſime infirmitatiſ. Quos beat⁹ aug⁹. ↄfundit in eo ꝙ talib⁹ ꝓuidere nõ neglexit in regula cum dicit. Egrotãtiũ cura ſiue poſt egritudinẽ reficiendoꝝ. ſiue imbecillitate laboꝛantiũ aliqua aut febꝛibus vni alicui dꝫ iniungi. vt de cellario petat q̄d cuiqꝫ opus eſſe ꝓſpexerit Siue aũt qui cellario ſiue qui veſtibus aut codicibus pꝛeponunt̄ ſine murmure ſeruiant fratrib⁹ ſuis. In/cidis ergo in alterꝫ laqueoꝝ. q2 vl patrẽ aug^m. coꝛrigis q̄ nõ ſufficiẽ/ter ꝓuiderit neceſſitatib⁹ ſinguloꝝ aut de fidelitate diffidis fratꝝ du/bitans ne circa egrotãtes faciant debitũ ſuũ. vel q̄d veriſimili⁹ de te ſolũ cogitas cui paꝝ aut nihil cure eſt de ceteris. dũmodo tu ipſe ꝓui/ſus es. Audeo dicere ꝙ obiectio p̄dicta officit ea p̄te vnde ſanare putat. Quã ſi paupꝫtatis obſeruaret̄ votũ inter fr̄es longe feruidioꝛ arderet caritas fraterna et cura atqꝫ ſolicitudo maioꝛ eſſet infirmoꝝ pi/etas intimioꝛ ⁊ viſitatio coꝛdialioꝛ q̄m tũc vno infirmante om̄es infir/marent̄. Iuxͣ illud .ij. Coꝛ .ij. Si patit̄ vnũ mẽbꝝ. ↄpatiũt̄. ꝛc. Si ꝓpria nulla eſſet nemo aliũ expectaret adiuuandũ et ſuccurrendũ fratri infirmanti. Nemo diceret. hic qui infir/mat̄ ſatis hꝫ. vñ medicos hẽat ⁊ cuſtodes. Tũc quiſqꝫ ſuccurrendo fratri exemplũ daret q̃uo vellet ſi/bi in ſimili caſu ſuccurri. Septimo obijciũt antedicti defenſores ꝓprietatis dicentes. neceſſarium ꝓpriuꝫ ꝓ feſtiuandis ⁊ ſuſcipiẽdis amicis Reſpõdet̄ eis. ꝙ ad hoc eſt in oꝛdine auguſtini hoſpitalitas inſtituta. et ꝓuid⁹ frater eloquens et diſcre/tus eſt eligend⁹ qui ſciat amicos ⁊ bñfactoꝛes eccleſie benigne ſuſcipe ſm facultatũ poſſibilitatem. iuxta

doctrinā Pauli ad Heb. xiij. Cari/
tas fraternitatis inquit maneat in
vob. et hoſpitalitatis nolite obliui
ſci. Quia p hāc ꝗdaꝫ placuerūt. ⁊c
Nec multū vtilis religioſis ↄuerſa
tio frequēs amicoꝝ carnaliū q̄ re
liquerant mundū. Propter qḋ ait
aug⁹. filijs ſuis in regula circa finē
Nō carnalis ſed ſpūalis ſit int̄ vos
dilectio. Quaꝓpter vero religioſo
cui mund⁹ crucifixus eſt. nō multū
affectanda eſt carnaliū ꝓpinquorū
viſitatio. Nā qui de terra eſt de ter/
ra loquit̄. Tractāt q̄ꝫ fabrilia fabri
Que oīa veris religioſis ſunt fu/
gienda. imo verius abominanda
Qui nō relinꝗt inquit xp̄s prēꝫ et
matrē ⁊c. nō p̄t me⁹ eſſe diſcipulus.
Octauo obijciūt ꝙ pautiorib⁹ expē
ſis ecc̄ie ꝓuidet̄ de veſtiario dādo
cuilibet portionē pecunie q̄ꝫ in cōi.
hoc nō eſt verū Eſto tñ ꝙ ita ſit. tñ
ꝓpter hoc tꝑale ↄmodū paruū nō
eſt frangendū votū. Quia nō ſunt
facienda mala vt veniāt bona. ad
Rhomañ. iij. Prepoſter⁹ ordo vota
poſtponere paruo lucro. ſolem ver
mib⁹ nocte lucentib⁹. aurū et gem/
mas carbonib⁹. Añponē diuitias
et tꝑalia bona bonis anime. abſur
dū eſt et ordinē ꝑuertere. ergo ⁊c.
Nono obijciūt dicentes minorē oc
cupationē fratrū eſſe d're vnicuiq̄ꝫ
ſūmā pecunie ꝓ veſtiario. Cū reue
rentia dicentiū. nō eſt ita. imo pau/
tior eſt occupatio vni⁹ aut duorum
q̄ꝫ omniū in officio veſtiarij. Hoc
etiā ↄſonat dicto phi. Fruſtra fieri
p plura qḋ p̄t p pauciora. In vni/
tate ſiquidē equalitas eſt. caritas.
pax ↄcordia. et qḋ ſup oīe bonū
eſt deus In pluralitate aūt ſingula
ritas. diuiſio. inuidia. rixa. ſupbia.
et oīs mali fomētū. Et ↄceſſo ad/
huc quāq̄ꝫ ita non eſt ꝙ occupatio
maior adeſſet in cōi veſtiario ꝓui/
ſo p vnū aut duos q̄ꝫ p omnes ſin
gillatim in ꝓprio. nihilomin⁹ tñ mi/
nus malū ē occupatio q̄ꝫ voti trāſ
greſſio et regule cuiuſmodi eſt ꝓpri
etas. Itē nō min⁹ abiurata eſt ꝓpri
etas in veſtiario q̄ꝫ i cellērario p re
gulā. Ergo ſi ꝓ cellario vn⁹ ſolus
impedit̄. quare etiā vnus aut duo
ꝓ veſtiario nō ſufficiūt vt obſeruet̄
regula q̄ hoc totiens iubet fieri. nā
negari non p̄t q̄n occupatio vnius
aut duoꝝ minor ſit q̄ꝫ omniū fra/
trū. Et ſic retorquet̄ obiectio in cō/
fuſionē obijcientiū. Decimo et vlti/
timo ſubdunt̄ obiectiōes ↄtra vo/
luntariā ꝓprietatē quas ponit ſan
ctus Tho. in. iij. ↄtra gentiles. Hāc
ſiquidē inuadit primo Vigilātius
heretic⁹ et quidā ſequaces ſui non
intelligentes de quib⁹ loquūt̄ neq̄ꝫ
que affirmāt. Naturale eſt inquiūt
cuilibet aiali vt ſibi neceſſaria vite
ꝓuideat. Vñ nō quelibet ꝑs anni
apta eſt frugib⁹ et ꝓuiſioni ipoꝝ
Faciūt h⁹ eſtate formice ⁊ apes vt
ↄgregent vnde hyeme viuāt. Sed
hō multis indiget q̄ nō ſp inueniri
p̄nt. ergo op⁹ eſt illi ꝓuiſiōe. Scdo
qr p ſubſtātiā diuitiaꝝ eſſe hōis cō
firmat̄. ergo paupertas eſt ↄtra legē

nature. Naturaliter em̄ diligit vnū quodq3 pmanere et id qđ neceſſariū eſt ad illud. Tertio eſt hō naturaliter aīal ſociale ciuile vt in li. politicoꝝ Ariſtl. dicit. Societas aīe ē in mutuo iuuamine et ſubſidio amicicie q̄ pauptas implē nō pt. g°. ꝛc. Nā p diuitias et facultates liberamꝰ amicos a malis. ergo bone ſunt Quarto pauptas eſt mala per ſe. ergo ꝛc. Pñs probat̃ qꝛ eſt occaſio furti. adulatōis. pluriū. ꝛ malorum multoꝝ. Quinto. nā liberalitas eſt virtꝰ que dāda tribuit et retinet retinenda. Viciū illi oppoſitū in maiꝰ eſt ꝓdigalitas que oīa largit̃. vitiū aūt in minꝰ eſt illiberalitas que retinet q̄ danda ſūt ꝛ dat q̄ retinēda Eſt ergo pauptas volūtaria vitiū in maiꝰ. qꝛ oīa ſua largit̃ ꝛ nihil retinet ꝓ ſe. Pro ſolutōe dictoꝝ dic̃ idē ſanctꝰ Tho. ꝙ melioꝛa et maxima bona hōis ſūt ſciētie ꝛ ꝟtutes. minima ſunt bona fortune extrinſeca. media ſūt bona corpis. In tantū ergo ſūt diuitie bone. in quantū ꝓficiūt ad virtutis vſū. qꝛ q̄ ad finē ſūt modū accipiūt ſm exigentiā finis. Si vero p vſū diuitiaꝝ impeditur virtutis vſus. nō amplıꝰ bona dicenda ſunt ſed mala. Propter qđ dicit̃ ꝙ bonū eſt habere diuitias ei qui vtit̃ ad virtutes. et malū q̄ p eas retrahit̃ a virtute nimia ſolicitudine vel amore aut elatione.

Hinc dicit̃ ꝙ ꝯtemplatiua vita pfectior eſt q̄ȝ actiua. qꝛ paucioribꝰ indiget diuitijs. actiua vēo pluribꝰ

Occupat̃ āt hūana ſolicitudo circa tria. Primo. circa ſe. ſcđo circa pſonas ſibi ꝯiūctas et familiā domū q3. Tertio circa res ꝓcurādas quibꝰ hō indiget ad vite ſuſtētatione. Pauptatis ergo voto abijcitur ſolicitudo rei exterioris ꝯſilio diuine legis. math. xix. Si vis pfectꝰ eē ꝛc Voto āt ꝯtinētie abijcit̃ ſolicitudo rei familiaris ꝯſilio ſcripture ſancte Coꝛ. vij. Qui ſine vxore ē cogitat q̄ dñi ſūt. Voto āt obediētie abijcit̃ ſolicitudo ſui curā eiꝰ ꝯmittēdo ſupiori Heb. vlti. Obedite ꝑpoſitis vr̄is ꝛ ſubiacete eis. ipi em̄ peruigilāt q̄ſi rōe3 reddituri ꝓ aīabꝰ veſtris Eſt ergo inq̄t ſāctꝰ Tho. ibidē pauptas laudabilis qꝛ liberat a vitijs. qbꝰ hōies p diuitias implicāt̃ vt mēte deo liberiꝰ vacēt. et quāto magis hō p paupertatē liberat̃ ab impedimētis vacādi ſpūalibꝰ. tāto eſt laudabilioꝛ. Nō dr̄ tāto melioꝛ quanto maior. ſed quanto liberioꝛ ē ab impedimētis ſeculi ꝑpediētibꝰ vacare deo Ad ꝑmā obiectionē Vigilātij heretici et ſuoꝝ ſequaciū dicēdū eſt ꝙ naturale ſit ꝯgregare neceſſaria ad vitā. nō tñ opt3 oēs circa hoc opꝰ intendē. qꝛ ſicut apes nō oēs eidē opi vacāt. ꝫ q̄da3 mella ꝯficiūt. q̄dā ꝯſtruūt edes. reges āt nō vacāt iſtis Ita hōibꝰ multa ſūt neceſſaria q̄ ab vno fieri nō pñt ꝫ a multis et diuerſis ſm diſtributionē diuine ſapie Vita nr̄a indiget viris ſpūalibꝰ a tpalibꝰ curis alienis q̄ p actis intēdāt diuinis ſacrificijs

ↄtemplationib⁹ ad ſupplendū de fectū ſeculariū ↄtēplatiuoꝝ ſuſtēta tiōi inſiſtētiū Sic ocul⁹ videt p̄ cete ris mēbris. man⁹ defēdit ocl'm et la borat ꝓ ſuſtētatiōe alioꝝ mēbroꝝ et ſic de aliis. qm̄ multa vnū corp⁹ dicit apl's Coꝛ. ii. Ad ſecūdū dicē dū ꝙ monachi relinquēdo tpalia nō ſubtrahūt ſibi neceſſaria vite. ſꝫ remanēt eis in cōi vita Ad tertium dicendū ꝙ nec relinquētes oia faci unt ↄtra caritatē hūane ſocietatis vt ſatis expientia docet. Ad q̄rtuꝫ dicendū ꝙ diuicie nō ſūt p ſe bonū ſꝫ vt ordinant̄ ad bonū rōis Vn̄ ni hil ꝓhibet pauptatē meliorē fore ſi ad id bonū rōis ordinat pfecti⁹ q̄ꝫ diuitie. qꝛ extēiora bona nō ſūt niſi vt ad interiora ordinant̄. Et ſicut vitiū ex paupertate orit̄ male ordi nata ad rationē. ſic ex diuitiis ſimi liter. Finaliter ad quintū dicenduꝫ ꝙ pauptas nō ↄtrariat̄ virtuti. nec eſt ꝓdigalitas abiicere oia ꝓpter xp̄ꝫ. cū hoc facit religioſus debito fine rationis et charitatis. nā plus eſt ſe morti exponē p virtutē forti tudinis q̄ꝫ vouere pauptatē ꝓpter liberi⁹ vacandū deo. Et cū arguit̄ de pauptate ꝙ ſuadet et cogit fu rari ⁊c. Vexꝫ eſt de coacta. nō āt de voluntaria. Sileat ergo Vigilāti⁹ heretic⁹ cū ſuis cōplicib⁹ et fauto rib⁹. Sileant quoqꝫ amodo ꝓprie tarii eorū q̄ꝫ defēſores et fautores ↄuertant̄ qꝫ ab errore vie ſue. ⁊ ſol uāt vota que diſtinxerūt labia ſua vt tandē audire mereant̄. vos qui reliquiſtis oia ⁊c. centuplū accipie tis et vitā eternā poſſidebitis. quā nobis ↄcedat qui ꝓmiſit Amen

Explicit tractat⁹ mgr̄i Johis gar ſon ↄtra ꝓprietarios

## Sequit̄ queſtio theolo gica cuius titulus eſt. Vtꝝ auroꝛa mane rutilās ſolē ediderit. In qua tractat̄ de ↄſiliis euāgelicis et ſta tu pfectiōis ab eodē dn̄o Cancell'.

Q q Ueſtio determināda Vtrū auroꝛa mane rubens ſolē ediderit. Quia iuxta Ariſtotl. in Elencl. Oēs tranſfe rentes ſm̄ aliquā ſilitudinē tranſfe rūt. Ad aduertendū ē ꝙ vt longa et certa expiētia aperit medic⁹ auro re imitās naturā veris tpati in die b⁹ anni vires aīales ↄfortat et pfi cit. ꝓ eo ſcꝫ ꝙ in eo vt ipi tradunt hūor ſanguinis in quo ſm̄ eos vi ta ↄſiſtit dn̄at̄ Et ſol iſte quē nobis auroꝛa parit vita ē viuentiū ⁊ ani mantiū iſtoꝝ. Idcirco alti⁹ trāſfe rendo inueſtigare libet in quo ſtat manet ⁊ ↄſiſtit vita aīe nr̄e ſpūalis et pfectio vite xp̄iane. q̄d ꝓprie eſt theologice inueſtigatōis et nō inu tilis ↄſideratōis. Nouim⁹ itaqꝫ vi tā iſti⁹ corpis ſtare et ↄſiſtē in vnio ne vel diūctione ipi⁹ ad aīaꝫ q̄ eſt principiū vite et act⁹ ſubſtantialis corpis organici pſici. Quāto igit̄

Vtꝝ aurora mane rutilans ſolē edſderit

ꝯiunctio iſta ad corpus ſpm̄ quod
actuat informat et viuificat maior
eſt et indiſſolubilior. tanto vtiqꝫ vi
ta iſta corꝑalis ꝑfectior eſt. Si igiť
ꝯformiť ad iſta ſcire et inueſtigare
voluerim⁹ in quo ſtat et ꝑficiť vita
xp̄iana. ſciem⁹ iſtud habito et cog/
nito illo qđ ſpiritū nr̄m rōnalē ſuo
vitali et ꝑfectiuo p̄ncipio qđ deus
eſt ꝑfecti⁹ et intimi⁹ vnit et intimat
et iungit in ip̄o. Etem̄ ſicut a poe/
tis dictū allegat ap̄ls. In quo vi/
uim⁹ mouemur et ſum⁹. Hinc ⁊ ip̄e
dicebat. Mihi viuere xp̄s eſt. Et ite
rū. Vita nr̄a abſcōdita eſt cū xp̄o
in deo. Eſt igitur ꝯcluſio iſta fūda
mētalis hmōi. Vitale eſſentiale in/
trinſecū et ꝑfectiuū formaliť. p̄nci/
piū vite xp̄iane eſt charitas et eius
mādata. Concluſionē iſtam ponit
in ſnia ſāct⁹ doctor ꝑa ꝑe. q. clxxxiiij
ar. iij. Que quidē ſic ꝓbať. Primo
de ip̄a caritate. qm̄ in illo ſtat ⁊ cō
ſiſtit vita xp̄iana et ꝑfectio ip̄i⁹ qđ
ſpm̄ nr̄m rōnalē ſuo vitali et ꝑfecti
uo p̄ncipio ip̄i ſcꝫ deo. vnit ꝑfecti⁹
vicini⁹ intimat et ꝯiungit. hoc ſup/
ponit. illud aūt eſt caritas. qm̄ qui
manet in caritate in deo manet et
deus in eo. vt ait Iohes in canoni
ca. Iuxta quod Coloſenſes monet
ap̄ls Suꝑ oia inq̄t charitatē habē
tes q̄ eſt vinculū ꝑfectionis. Et. ij.
ad Chorꝝ. xiij ſcribit. Si habuero
omnē ꝓphiaꝫ et nouerim myſtēia
oia et omnēꝫ ſcientiā: et ſi habuero
omnēꝫ fidē ita vt mōtes transferā.

caritatē aūt nō habeā nihil ſū. Se
cūdo arguiť ad iſtā partē qm̄ vita
xp̄iana ꝯſiſtit in virtutib⁹ theologi
cis et moralib⁹. inter eas aūt omni
b⁹ ſuꝑeminet caritas velut ꝑfectiſ/
ſima et aliaꝝ ꝑfectiua. Confirmať
quoniā vita beata q̄ eſt ꝯſummata
et ꝯpletiua ſtat in dilectōne ⁊ amo
re inter beatos Eteni ille ꝑfecti⁹ vi
uit vita beata qui deo plus adhe/
ret. et intimať ꝑ dilectionē et tranſ/
formatiuū amorē. Tertio ad idem
quoniā illud eſt vita aie nr̄e ſpirita
lis qđ eſt ſūma termin⁹ finis et cō/
plemētū toti⁹ legis et euāgelij hoc
āt eſt caritas ait ap̄ls. Plenitudo
eteni legis ē dilectio. Quocirca vo
lēs ſaluator petꝝ ſicut ꝑfectiſſimū
ꝓ ſe ducē et paſtorē inſtituē ꝑfecti
corꝑis eccleſiaſtici de ſolo amore
interrogauit. Petre inq̄t amas me,
diligis me plus his. aperte volens
innuē illū in omni ſexu ſtatu et gra
du ꝑfectiſſimū qui deū maxime di/
ligit Scđo p̄ncipaliť ꝓbať ꝯcluſio
de ip̄is mādatis auctoritate Iohā
in canonic. Scim⁹ inq̄t qm̄ tranſlati
ſum⁹ a morte ad vitaꝫ. Cur ita. cau
ſam ſubintulit. qm̄ diligim⁹ fratres
Vn̄ xp̄s Math. v. ca°. poſtq̄ꝫ prece
pta dedit de dilectione ꝓximi et ini
micoꝝ ꝯcludit. Eſtote igiť ꝑfecti ſi
cut pater veſter celeſtis ꝑfectus eſt
Sic et Luce. x. ad legiſꝑitos ait de
amore xp̄i et ꝓximi. Hoc fac et vi/
ues. Loquiť ſepi⁹ et de ip̄is manda
tis in lege et ꝓphis. ꝙ ea faciēs vi

uet in eis. Levitici. xviij. Deut. vi. ⁊
alijs plurib⁹ in locis. Sic et gloſa
ſup illo iam allegato. Sup oia aũt
charitatẽ habentes ⁊c. Cetera inqt
precepta pfectũ faciũt p quãto ad
caritatẽ ordinant. Quãobrẽ et bea
tus Athanaſius hominũ pfectiſſi/
m⁹ vn⁹ in li. quẽ fecit de ſatiſfactiõe
fuge. Hic eſt dicebat ipe hominum
termin⁹ ad pfectionẽ ducẽs Si qđ
iubet dñs ipe faciã. Stat igitur in
hoc puncto radix dicẽdoꝝ ꝙ cari
ritas et ei⁹ mandata p ſe et eſſentia
liter integrãt. ↄſtituũt. et perficiunt
vitã xpianã. Ex ↄcluſione infero p/
mo. Sicut pcepta dei dant de cari
tate et oĩb⁹ virtutib⁹ et actib⁹ eo
rũ. ſic etiã data ſũt de pfectione ca/
ritatis et omniũ virtutũ Prima ps
ptz qm̃ ſm theologicã doctrinam
oẽs virtutes p loco ⁊ tpe ſũt in p
cepto. Cũ eni vtutes neceſſario cõ
nexe ſint optet ſi vna ſit in precepto
ꝙ et oẽs. In ſcđa pte volo dicẽ ꝙ
preceptũ caritatis claudit omnem
et totã beatitudinẽ tã intenſiuã qȝ
extenſiuã dilectionis et amoris q̃n/
tũcunqȝ pfecta et intenſa fuerit iſta
latitudo. et ita de ceteris precepti.
imaginãdũ eſt que ſũt de virtutib⁹
vñ loquit pſalmiſta. Oĩs ↄſũmati/
onis. hoc eſt omnis et toti⁹ pfectio
nis vidi finẽ. Quid? Latũ mãdatũ
tuũ nimis. latitudinẽ videlȝ nimiaȝ
vel multũ extenſiue vſqȝ dilectionẽ
inimicoꝝ et pſequentiũ nos. intenſi
ue vt q̃ totã pfectionẽ gradualem

claudat dilectionis et amoris. Co
rollariũ iſtud ponit expreſſe beat⁹
Aug⁹. in libello de pfectõne iuſtitie
vbi ex introductione determinat ꝙ
perfectio iuſtitie que eſt virt⁹ gene/
ralis includens omnes virtutes eſt
in precepto. Cur eni inquit nõ preci
peret homini iſta perfectio. quãuis
eã nemo in hac vita habeat. Neqȝ
eni ait xps recte currit ſi quo currẽ/
dũ eſt neſciat Quõ aũt ſciret ſi nul
lis preceptis oſtenderet? Manifeſte
colligit iſtud et ex forma pcepti ca/
ritatis. Diliges dñm deũ tuũ ex to
to corde tuo ex tota aĩa tua. totuȝ
aũt et perfectũ idẽ ſunt. iij. phicoꝝ
Et de primo mandatũ habemus
Diliges primũ tuum ſicut te ipm.
Maiorẽ aũt et perfectiorẽ dilectio/
nẽ mãdare nõ potuit dñs qȝ ꝙ cũ
ſic nos diligam⁹. qui noſmet ipos
maxime amam⁹. Quapropter et prophe
ta regius loquit dño. Tu mãdaſti
mandata tua cuſtodire nimis. Et
iteꝝ. Mandaſti iuſtitiam tuaȝ teſti
monia tua et vẽitatem tuam nimis
Ubi gloſa Auguſtini et alioꝝ. ni/
mis hoc eſt multum valde et inten/
ſe. Imo iuxta aliquas gloſas plus
qȝ etiã natura carnis patit: Unde
et in hoc concordãt doctores theo
logici ꝙ ſoli beati implent pceptũ
caritatis in ſua ↄſũmatione vel cõ
pletione. Nullus autem inuentus ẽ
qui diceret ꝙ ipſi ſic agẽtes faciãt
opus ↄſilij ſz pcepti nõ quidẽ nouit

Hec aurora mane rutilans ſolē edíderit

dati ꝫ a creatōe ſua ſignati ſup eos
Infero ſcđo ꝙ minus ſufficiēs eſt
imaginatio illoꝝ qui imaginati ſūt
ꝙ precepta dei ordinant̃ ad chari
tatē et alias ꝟtutes ſub aliqua cer/
ta menſura minimo gradu. qđ aūt
eſt ſupra illā mēſurā vel gradū illū
eſt ſub ꝯſilio. Apparet iſtud minus
ſufficere primo ex ſtatī ꝫ dictis. ſecū/
do ex ip̄a forma p̄cepti q̄ totalita
tem mandat et ꝑfectionē. et nulluꝫ
gradū relinquit ſub ꝯſilio. diliges
p̄cepit ex totis virib᷒. qui aūt totū
diligit nihil excludit. Corollarium
aūt iſtud eſt de intentiōe doctoris
ſancti ꝑa ſe. q. clxxxiiij. ar. iij. Et in li
bello ſuo de ꝑfectione vite ſp̄ualis
Preceptū inquit dilectionis nullis
terminis coartatur. ita vt recte dici
poſſit ꝙ tanta dilectio ſit in p̄cepto
ꝙ nulla excedit limites p̄cepti. imo
vnicuiqꝫ mandat̃ vt deū quātū poſ
ſit diligat. Poteſt et iſtud deduci.
qm̄ precepta et ꝯſilia vt infra meli
us videbit̃ hn̄t aliā et aliā materiā
ſiue aliud et aliud obiectum. Si em̄
caderent ſup eandē materiā vł idē
obiectū eſſet ea ꝯfundere. Dilectio
aūt dei et ꝓximi eſt materia circa
quā cadit p̄ceptū caritatis. igit̃ cir
ca iſta nō eſt conſiliū. Unde nuſqꝫ
in tota ſerie ſcripture ſacre reꝑitur
ꝙ aliquis grad᷒ vel menſura aliq̄
dilectionis dei et ꝓximi ſit in ꝯſilio
Sequit̃ tertio. Non modo dilectio
que haberi pōt in via eſt ſub prece
pto. veꝝ etiā dilectio ip̄a beatifica
Iſtud ex intentione ponit beatus

Augꝰ. in libro de ꝑfectione iuſtitie ſi
cut iam allegatū eſt. Et arguit̃ iſtđ
qm̄ mandatū dei eternū eſt ex tota
materia ſua. dilectio aūt beatifica
eſt de ip̄a materia. ergo non exit li/
mites precepti. Preterea ad dilecti
onē beatificā om̄es obligamur ten
dere niti et conari. ergo illo modo
ſaltē eſt in precepto. Etiā qꝛ vt di/
ctū eſt beati qui ꝑfecte et totaliter
deū diligūt nō faciūt opus conſilij
ſed magis p̄cepti. qm̄ maxime ob/
ligant̃ perfecte deū diligē. Ex quo
apparet vltra ꝙ illud qđ cadit ſub
precepto pōt diuerſimode impleri
abſqꝫ culpa vel tranſgreſſione. Ali
ter em̄ diligūt deū viatores. aliter
cōꝑhenſores. aliter perfecti viri.
aliter incipientes. et aliter ꝓficien/
tes. Et tn̄ minus peccāt imperfecti
ſi nō eque deū diligant velut perfe
cti iam in charitate firmati et radi/
cati. nec imputat̃ viatorib᷒ ad cul/
pam ſi nō eo amore vnitiuo deo he
reant quo et ip̄i beati. quanqꝫ ſm
Auguſtinū dilectio beatifica ſit ſub
precepto. Licet em̄ ſit ſub precepto
nō tamē eſt de neceſſitate precepti.
Neqꝫ em̄ neceſſe eſt vt optimo mo
do diligatur deus. q̄nimo ad eui/
tandum culpam ſufficit appreciati/
ue plus eum diligere. hoc eſt ꝙ a/
mor dei omnibus preponatur ſic
ꝙ paratus eſſet homo ante omnē
alium amorē dimittere qꝫ dei amo
rem. et hic eſt vnus modus ꝑfecte
dilectiōis nobis poſſibilis et de ne
ceſſitate precepti. Ulteri᷒ ex con

